

ALPHONSI
EP. TOLETANI
SUPER LIBRIS
ARISTOTELIS
DE ANIMA
GEORGII
VALLÆ
INTERPRETATIONES
VARIÆ
25
2
4
16







Georgio Valla Placentino Interprete.

Hoc in volumine hec continentur

¶ Georgius Valla Placentinus Magnifico eqti Iurato Hieronymo Georgio Veneto Patricio senatori eximio salutem. D. æternam.

PRISCA DOCTISSIMORVM Virorum ad nostra usq; tempora ꝓpagata tenuit cõsuetudo: ut quos amore & obseruãtia prosequerẽtur: eos studiorum suorum aliquo munere salutarent: quo & salutati se ab illis diligi & obseruari exploratum habentes nossent inde perennem sibi laudẽ deriuari rursusq; salutantes memoriam ab eorum præstantia singulari ue amicicia suam posteris facerent immortalem. Ita nempe philosophorũ facile princeps plato timæum: & critiam & phædronem & alcibiadem multosq; alios inscripsit dialogos Nec minus acumine mirificus doctissimus eius discipulus Aristoteles Ethica una nicomachia. altera eudemia. ad alexandrũq; tã rhetorica q̃ de mundo inscripsit. Ita ex nostris uarro ciceronem nuncupatione ornauit ut cicero & lucullum & hortensium & brutum & plærosq; alios ut plinius imperatorem titum & alii alios ne plures incassum recensere contendam. Verum cur demum Hieronyme Georgi uir clarissime in huius operis translatione te potissimum nuncuparim plures me sunt causæ cohortatæ. In grauissimo huius tuæ ciuitatis senatu autoritas singularis: splendor publicus tũ magistratibus tũ legationibus obeundis multis ad præcipuos totius nominis christiani & maximis de rebus unde insignem laudem rettulisti. Nec non ingens tua lenitas atq; mansuetudo: qua me multa complectendũ beniuolentia esse duxisti ad quas cumulandas uirtutes tuas doctrina quoq; minime uulgaris accessit proinde ad ista tua peritarũ sacra litterarũ filio tuo paulo peracuti ingenii nostro discipulo hoc de arte differendi opusculũ latinũ faciũdũ esse censuimus. tũ ꝙ ad aristotelicam doctrinam aspirantibus breuiter & dilucide nec minus commode & acute artis differendi munera initiantibus quæ opportuna uidebantur amplexus sit eruditus hic imprimis autor tum quod per hæc ad alia enucleanda longe ei facilior futurus sit accessus. ac ne te præfatione longius traham iam Nicephorum lege de arte differendi per me latine disputantem:

¶ Hæc præfatio prima errore Imprimentium quæ omissa hic posita est logicam præcedit Nicephori.

¶ Georgius Valla Placentinus. Illustri Guidoni Duci Vrbini Durantisq; Comiti Salutem dicit æternam.

SAepe ac diu Illustris Guido Vrbini; nec non exercitus Veneti dux sapien-
tissime dubitaui: An quem plurimum obseruantia: & amore prosequerer ad
clarissimorum uirorũ interpretationẽ: ubi de optimarum artiũ studiis ageret: te
potissimum nuncuparem. Nam quo minus id facerem obsistere atq; adeo rei mili-
tari officere uidebatur. Quod nõ modo nihil commercii liberales disciplinæ cũ mi
litia habere uiderentur; Verum ipsam potius e regione oppugnare atq; a suo pror-
sus abducere instituto: nempe quies tumultum: mens lenis & pacata asperam &
truculentam. & perinde silere litterales artes inter arma. Quod tota bellica ratio
solum initatur bene administrandi res militares prudentia: usuq; atq; sollertia. Nam
quæ demum ex liberalibus disciplinis militari opem tulerit cum acie pugnandum:
frons dirigenda: cornua utrinq; promouenda: equites pro cornibus locandi: aut
cum phalange facta prælium ineundum: uel ut loci hostisue natura ista mutare com
pulerit? Perinde si priscos nobis libeat annales percurrere Cõperiemus inde liberales
exordium cœpisse disciplinas ubi bella terminata atq; restincta obmutuere. In bello
armorum congressus: cædes: direptiones. agrorum fœdationes: & dispoliabula co-
gitari. Contra hic disputationes. Tam animi quam corporis institutiones: colendo-
rum agrorum rationes: uitæq; honestæ præmia contineri. Cum hæc inquam atq; si-
milia mecum tacitus reputarem e diuerso mihi succurrebat. Alexandrum macedo-
nem cognomento magnum a timotheo per idem tempus arte musica celebri insti-
tutum: non ad acrius modo prælium in eundum modulandi suauitate non præpedi
tum: sed etiam nõ mediocriter adiutum: sicut & aliis quoq; quas ab Aristotele hause-
rat disciplinis. tametsi in diuersum agentibus ad alia cuncta procliuius accipienda.
hinc euasisse expeditiorem: consultiorem. Quod sane nequidem philippum eius præ
terierat patrem qui tanto philosopho ipsum tantopere duxerit concredendum.
poetas porro eo usq; probasse Alexandrũ ut cum in sigæo ad Achillis tumulum asti-
tisset o fortunate intulerit adolescens qui tuæ uirtutis Homerum præconem inuene-
ris. nec non maximi regis Darii quem tam bello quam prælio superarat preciosissi-
mum de præda nactus scriniũ (id unguentis recondendis sibi Darius adornarat) ipsi
philologiæ principi seruando deputarit. chœrili porro ut cumq; iepta poemata (nec
iudicio rex falebatur munificentissimus; uerum ne ullius labor apud se foret irritus)
honesto munere cumularit. Achillem quoq; pellei ac marinæ thetidis filium qui in
bellatoris cognomen uenit acerrimi. etiam inter flagrantissima bella a cithare cantu
non destitisse. Quin & medendi peritia: quam a chirone in montibus acceperat the
salicis eo usq; instructum iueniebam ut quem alius curare non posset telephum sena
uerit. unde illud Sanus achilleis remeauit telephus herbis Cuius ꝑtulerat uires & sensit
in uno lethalem placidamq; manum medicina per hostem. Quid pœna memorem
quid machaona quid podalirium? q̃to usui suis fuerint commilitonibus? at quid nos
iamdudum græcos? impensius aduerterunt clarissimi romani imperatores cuncta
non temporum esse: non ætatum omnium: neq; locorum. sola liberalium disciplinarũ stu
dia. adolescentiam agere senectutis honus atq; molestiam: leuare: delenire. res secun
das ornare aduersis esse perfugium atq; solatium. delectare domi non impedire fo-

ris. pernoctare. nobiscũ pegrinari: & qcqd ucusq̃ sit comites agere honestissimas. Carus eni fuit a fricão supiori ennius ut i scipionũ sepulchro cõditus phibeat? an nõ sulpitius ille gallus q primus romani generis utriusq; luminis cælestis defectus in uulgus ex tulit in l. pauli exercitu tribunus militum exercitũ de lunæ defectiõe sollicitũ pridie q̃ pses rex ẽ superatus liberauit pductus & a paulo. ut ab animis militũ terrorẽ excuteret. an non marius ille arpinas. l. plotiũ poetã eximie dilexit? sylla uero cũ malus poeta epigrãma lõgiusculis uersibus suaꝝ laudũ obtulisset statim iussit præmiũ dari? ea conditione neqd postea de se scribere: ne poetæ etiã mali sedulitas spreta uideret? L. autẽ muræna tyrãnionẽ amisenũ i signẽ grãmaticũ nec nõ dialecticum cui lucullus mythridatico bello captũ cõcesserat: nõ libertate mõ sed etiã ciuitate dõauit habuitq; carissimum? pompeius theophanem mitylenæum rerum suarum scriptorem in contione ciuitate donauit. idem confecto mythridatico bello posidonii nobilis physiologi pariterq; mathematici nec non & medici ædes subiturus. Fores pulsari: ut fere mos est a lictore noluit: sumisitq; lictorios ianue fasces cui se tot nationes tot hominum egregiorum milia summiserant. uelut olim ãnibal philosopho phormioni post tot cum romanis bella confecta ob liberales disciplinas homo barbarus arte bellica tam uersutus aures admouendas existimauit. Quid c. cæsar dictator perpetuus. Cui tam bellica fortuna q̃ scientia militari nemo potuit adæquari? an non de annalogia libros reliquit pulcherrimos? an non fontem atq; elementa tam scribendo q̃ præcipiendo aperuit eloquentiæ? Rerum suarũ nobis relinquendo commentarios adeo probatos ut historiam inde scribere uolentibus non præbita facultas: sed erepta uideatur? quid in cæteris mentis retexam sublimitatem omnium capacem quæ cælo continentur? Quantus doctrina augustus eius adoptiuus? qua terrarum subegit orbem moribus exornauit: legibus emendauit: pace stabiliuit: planeq; confirmauit? ac ne eiusmodi omnes quod infinitum sit. recensere contendam hi facile quanta cum re militari liberalium artium sit affinitas omnia: mihi etiam altius rimanti: ostendebant: quo fit ut nulla relinquatur hæsitatio Qum scientia bellica nostra tempestate præclarum ducem tot in unum quasi corpus congestis uirorum doctissimorum libris artium liberalium in fines uarios tendentium te imprimis hac appellarem nomenculatura. Verum hæc tantis per sub alieno quoad propediem sub nomine nostro expetendorum ac fugiendorum quadraginta & nouem uolumina: si deus dator concesserit: tibi licebit qualiacũq; sunt inspicere. Tum q; te priscorũ qui magni fuere nominis ducũ æmulum esse depræhenderim tam militaris: q̃ litterariæ rei scientia quibus famam minime uulgarem tibi peperisti siue labore i negotiis: fortitudine in periculis: industria in agendo. cõsilio in puidendo. siue tẽperantia. Fide: facilitate munificẽtia: ac liberalitate siue in fouẽdis omnibus scientiis: amplectẽdisq; hominibus doctis ut iure sicut potẽtissimi principes ita Venetus ducẽ sibi te delegerit senatus: cui i toto terraꝝ orbe siue sapientia. siue opib⁹: siue uirib⁹: par nusquã inuenitur. atq rei totius litterariæ: nedũ philologiæ ab inclyto patre tuo hereditariũ munus habuisti: quẽ tu rectissimo imitatus cõsilio doctos oẽs merito honore psecutus es. pinde excussa atq; abacta iam oĩ ãbiguitate hæc nõ iiuria tuæ cõgrua dignitati & officio: atq; uolũtati deputauim⁹ deniq; illd quoq; accedit ad cumulũ debitũ tibi a me hoc ãoris monumẽtũ exhiberi quo cũ oĩ laude dignissimo patre tuo conciliatam olim non paruam beniuolentiam in te instauremus atq; propagemus: quod sane sedulo facere moliemur. Vale æternum.

¶ NICEPHORI INSIGNIS PHILOSOPHI DE ARTE DISSERENDI LIBER: GEORGIO VALLA PLACENTINO INTERPRETE.

QVEMADMODVM qui legendi: & lecta recte sentiendi: callem q̃runt primum quidem elementa: ac litteras discunt inde ad syllabas trāscendunt: a syllabis ad dictiones pueniūt: & deniq̃ ad orationem ipsam ita qui totius philosophiæ instrumētum hoc est disserendi artem quam dialecticem græci uocāt: expectunt in prædicamentis dinoscendis n primis erudiri debent. Inde ad interpretationem progredi ab interpretatione ad figuras ferri: decem nanq̧ prædicamenta tanq̃ aliqua quædam elementa sunt quippe quæ simplices quædam sunt uoces: & disiunctæ: & per sese duntaxat inspectæ: essentia: q̃titas: qualitas: ad aliquid: ubi: quando: facere: pati: compositum esse: habere: & quæ sub ipsis sunt: & quæ ex ipsis diuisa: ut corpus: incorporatū: animatum: inanimatum: sensibile: insensibile: animal: zohophytum idest ex animali stirpeq̧ constans: rationale: irrationale: mortale: immortale: homo: equus: columbus: scombrus: apes: dipsas: & similes species: & quæ sub essentia & quæ sub aliis p̄dicamentis emergunt: quæ multitudine innumerabilia sunt: non tamen infinita sed repertu difficilia. Hæc igitur & simplices uoces: & locutiones quas phases uocant græci. Video tamen a nonnullis phasim non locutionem sed dictionē interpretari & lexin appellari locutionem: uerum modo res intelligatur de uerbo nō ero sollicitus: & termini uocitantur simplices quidem uoces: ut pote in compositæ. Locutiões autem ut pote partes affirmatiuarum: uel negatiuarū: termini quippe quod propositionum partes sint: ita prope ut elementa: ac principia illis qui ad philosophiā aspirāt capessendā: unde ad id quod sermocinationis est: idest significabilis uocis tanq̃ ad syllabas aliquas: ac elementorū mixtiones ducimur in prædicamentis quidē: dicentes: homo: equus: currit: uincit: in eo quod de sermocinatione homo currit: equus uincit: collectim: & coniunctim: nam simplices uoces: siue locutiones uel terminos libet appellare copulando aientias uel negationes: siue propositiones conficimus. a quibus sane abeuntes ad figuras complexu rursus aientium: uel negationum siue utcūq̧ propositionum syllogismos efficimus dictionum rationem iuxta dictorum proportionem retinētes: ut homo animal est: animal essentia: ergo homo ē essentia. nam cum syllogismi propositionibus constent: propositiones autem terminis: prædicamenta quidē terminos. Quod autem ad locutionem attinet propositiones figuræ uero syllogismos edocēt. At ad prædicamenta mox redibimus. dubitabundi itaq̧ nonnulli aiunt cur nā ens prædicamentum non dicitur quod unum: ac supremum omniū fertur subiectorum unde cuncta inuenta sunt prædicamenta: hæc nimirum causa est quod subiecta unum quodq̧ prædicamentum suscipiunt & nomen & terminum nominis prædicamenti: ut essentia: prædicamentum est primū & ita diffinitur essentia res est ipsa per sese alio nō egens ut sit. Proinde omnia quæ sub ipsa sunt: nomen ac diffinitionem eius suscipiunt. Nam homo: & equus & omnes species & quæ speciallissimæ: & quæ sub alternæ essentiæ dicuntur: & res quæ per sese sunt nō egentes quopiam ut sint. Idem est in cæteris quoq̧ prædicamentis. At in ente nō id

inuenias. Nõ enim omnia quæ ſub ente ſunt entis diffinitionẽ ſuſcipiunt: ſiqui
dem ens res eſt per ſeſe alio non egens ut ſit: & quæ adeſt & abeſt præter ſubiecti
corruptionem. Quæ autem ſub ipſo: nomen quidem hoc accipiunt ſed nõ hãc
diffinitionem: nam ens dicitur eſſentia & reliqua decem prædicamenta ens di-
cuntur: atq; diffinimus eſſentiã & aliter reliqua prædicamenta: hoc ſane modo
eſſentia res eſt per ſeſe altero non egens ut ſit: nõ tamen etiam & quæ adeſt & ab
eſt præter ſubiecti corruptionẽ. Rurſus q̃titas adeſt quidem & abeſt præter ſubie
cti corruptionem: non tamen etiam res eſt per ſeſe nõ egens alio ut ſit: hoc idem
in cæteris eſt inuenire prædicamentis. Proinde genus eſſe ens dici nõ poteſt. Ve
rum q̃uis de prædicamentis ipſis prædicetur æquiuoce prædicatur non uniuoce
ut genus: cæterum neq; ut ab uno & ad unum illa ſi quidem denominatiue prædi
cantur in medicina medicus liber: medica manus: medicum opus: & a ſalute ſalu
bre medicamen: ſalubris cibus. Decem igitur ſine controuerſia ſunt prædicamen
ta eorũ quæ ſunt propemodum principia generaliſſimaq; genera quæ a nobis re-
cenſa ſunt: quæ autem ſubipſis ad ſpecialiſſimas uſq; ſpecies perueniẽtia ſub alter
na genera & ſpẽs dicũt̃: ſicut in eſſentia ẽ uidere. Diuidit̃ nãq; eẽntia ĩ corpus &
in corporis expers. Corpus in animatum: & animæ expers. Animatum inſenſibi
le & ſenſu carẽs. ſenſibile in animal & zohophytum: animal in rationale: & ratio
nis expers. Rationale immortale: & in immortale: mortale in hominem: equum
& reliquas animalium ſpecies. Eſſentia igitur genus eſt generaliſſimũ ſupra quod
nullum aliud eſt genus quodq;: cum ſit genus nullo modo ſpecies eẽ poteſt. Ho
mo autem ſpecies eſt ſpecialiſſima ſub qua nulla ſuccedit ſpecies: & quæ ſpecies
tãtũmodo eſt necunq̃ genus. Quæ ãt a generaliſſima: hoc eſt eſſentia ad ſpecia
liſſimã uſq; ſpeciem uerbi cauſa hominẽ & genera & ſpecies ſubalterne dicuntur
eadẽ: genera quidẽ ad ea quæ ſequuntur relata. Species uero ad ea quæ ipſas ante
cedunt eadẽ etiã differentiæ dicũtur relata ad ea quibus in diuiſione opponuntur
ut corpus differentia dicitur ut pote ad incorporatũ & animatũ ad inanimatum:
& ſenſibile ad inſenſibile: & rarionale ad irrationale: & mortale ad immortale re
latum: at tam eſſentia q̃ homo differentiæ nõ dicuntur: nec enim oppoſita in di
uiſione habent. Nã homini equus: nõ dicitur diuiſione oppolitus: neq; bos: neq;
camelus: idem de cæteris dicendum eſt animalibus. At ſpecies dicuntur homo &
bos & equus & per ſeſe diuiſæ. Atqui nequidẽ animali in diuiſione opponitur zo
hophytũ nõ enĩ e regione opponitur qua neq; differentia dicitur animal ut pote
ad zohophytũ dictũ: alioqui uero differẽtia dicitur quæ genus excedit ſpẽs: nã ho
mo excedit animal rationali & mortali: dicitur ſiquidẽ homo animal rationale:
mortale: ſed animal q̃q̃ potentia hæc habet: actu tamen priuatur. Propriũ in ſpe
ciebus ſpectatur: ut propriũ hominis riſibile: equi hinnibile: canis latrabile: diuidi
tur autem proprium quadrifariã: quod ſoli ſpecies adeſt: nõ utiq; toti ut homini
geometrã eſſe: uel toti quidem: nõ utiq; ſoli ſicut homini bipedem eſſe: uel ſoli &
toti: ſed aliquãdo ut homini caneſcere: uel ſoli & toti & ſemper ut homini riſibile
qui tametſi nõ ſemper rideat: uerũ tamẽ potentia ſemper. Accidens aũt eſt quod
adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionem ut album: nigrum ſedere: ſtare: at ac-
cidens aliquod quidem ſeparabile eſt aliquod autem inſeparabile: ſeparabile qui
dem ſedere: inſeparabile uero naſum repandũ eſſe ſimũ & ſimilia. Age uero quo

simulacrũ aliquod quinq; uocum tradamus cuius facies & imitatio in decẽ ꝑdica mentis elucet. Q uẽadmodũ.n.in hominis natura sunt ascendentes & descendẽ tes & in obliquũ eũtes mulierq; & agnationes: Ita in ꝑdicamentis eãdem faciem quinq; uoces cõseruãt: & ascendentiũ qdem locũ tenent genera: descendentium uero species: oblique aũt euntiũ differentiæ: mulier porro ꝓprii: agnationem rur sus accidentiũ: nã in domicilio mulieris accidũt agnatiões. Sortitæ aũt sunt qnq; uoces numeꝝ quinariũ nec eũ excedũt ex huiusmodi diuisione. Prædicatũ porro uel essentialiter ꝑdicatur: uel adherenter essentiæ & si adhærenter qdem essentiæ facit accidens. Sin aũt essentialiter: uel de indiuiduis ꝑdicatur: & non speciebus & facit speciem: uel de speciebus ꝑdicatur & uel de unica facitq; ꝓpriũ de uno siqui dem solo risibile: ꝑdicatur: & de unico hinnibile: & unũ qd'q; ꝓprium de sua spe cie ꝑdicatur: & circa unũ inspicitur: uel de pluribus speciebus ꝑdicatur & uel in eo qđ quid est: & facit genus. nã dicenti quid est hõ? respondemus animal: & quid animal? respõdemus essentia. Genus autem animal & essentia alterum: quidem hois: alteꝝ uero animalis: uel in eo qđ quale quid est & facit differentiã interro gãti eni quale quid est animal hõ? respõdemus rationale mortale: q̃ quidem sunt differentiæ: & qualis quæ est essentia animal? respõdemus animata sensilis. diffe rentiæ siquidẽ hæ sunt animalis: præit genus ut pote uniuersalius post quod spe cies ad genus relationem habens: deinde differentia ut pote proprio uniuersali or. Inde proprium ut pote essentialibus magis affine & in eo qđ quid est ipsum quoq; ꝑdicatum. deinde accidens ut pote essentiæ adhærens & in eo quod ẽ qũo habet ꝑdicatum. Sed quoniã ꝑdicãtium quædã æquiuoce ꝑdicãtur: quædã uniuo ce: quædã de nominatiue. diffinitur igitur ut hic paucis rem cõpræhendã æquiuo cum cuius nomen solũ cõe iuxta nomen uero ratio essentiæ alia: ut hæc uox canis nomẽ terrestris: & marini canis: & cælestis est. Iuxta nomen aũt ratio essentiæ cu iuslibet hoꝝ propria ac sua est aliã siquidem diffinitiõem marini: & aliã terrestris aliãq; cœlestis iterrogati reddemus. Vniuoca aũt quoꝝ nomẽ cõe & iuxta nomẽ ratio essentiæ eadem ut animal & hõ: & bos: & iuxta nomẽ ratio essentiæ eadem essentia nãq; animata sensilis tã hõ q̃ bos. Denomiatiua porro: quæcunq; ab ali quo differũt casu & iuxta nomen habent appellationem quemadmodũ a grãma tica: grãmaticus: & a fortitudine: fortis: quæ & nois & rei cõmunicationem habẽt & differentiã rei: & differentiã nois: ut difinitio quoq; ostendit: nã dicendo quæ cunq; ab aliquo cõmunicationem: & differentiã rei significamus quæ enim sunt ab aliquo: cõmunicãt in eo quod ab aliquo: atqui nõ unum & idem sunt oĩa quæ ab aliquo. Dicendo nãq; quæ differũt casu & iuxta nomen appellationẽ habent. cõmunicationem & differentiã constituunt nois: differunt siquidem casu infine nois ut grãmatica grãmaticus communicant porro in reliquis. Sciendum quod æquiuocis eregione explicãtur & extẽdunt' polyonyma: rem habẽtia cõmunem indifferentibus noibus: ut ensis: gladius: machæra: spatha: Vniuocis e regione obiiciuntur: heteronyma: quæ differentiam rei: & nominis habent: ut homo & album. nam hoc quidem animal: illud uero color quæ nimirum nominibus: & rebus sunt alia. Medium locum inter hæc quattuor tenent homonyma in quam polyonyma synonyma: & heteronyma. est paronymum quod his assimulatur per aliquid: & differens ab his. quatenus enim communicationem habet nomi

nis assimulatur æquiuocis: dissimile aũt est apolyonymis & heteronymis: quatenus porro differẽtiã hẽt nominis assimulat͛ qdẽ polyonymis & heteronymis: dissimile aũt est æquocis & uniuocis: & rursus ubi cõmunicationẽ rei habet assimulat͛ qdẽ uniuocis & polyonymis: dissimile aũt ẽ æquocis: & heteronymis: ubi porro rei differentiã habet: assimulatur qdẽ æquocis et heteronymis: sed dissimile est uniuocis et polyonymis:

De Essentia.

ESsentia igitur res est subsistens per sese existẽs alio nõ egens ut sit: tãetsi genituræ subset ueluti cum primum producta est. Nam solum diuinũ nũq̃ genitũ est; & proprie per sese existit quia ab omnibus absolutum. ac seiũctum est. reliqua autem prædicamẽta circa essentiã inspiciuntur ad quæ extensa dicitur res per sese existens: non ut diuinum. at nouem prædicamẽta adsunt & absunt præter subiecti corruptionẽ ut pote uniuersa accidens. siqdem magnum & paruum quod ipsum q̃tum est in natura sua nõ p̃sistit: auget͛ siqdẽ ad sũmã usq; habitudinẽ corp orisq; cumulum. at cõtinentia: & parcitas minutionẽ & subtractionẽ admittit eodẽ tñ manẽte subiecto ut uerbi cã homine: pueri siqdẽ sumus: et ad uirilem ætatẽ excrescimus: & ĩ eadem essentia p̃manemus q̃titate differentes itidem nũc album nunc nigrum idem cernitur qualitate distinctum nec tam̃ essentiã mutat: & nũc qdem amicus nunc uero idem inimicus differt in eo quod ad aliqd: essentia autem idẽ manet: & nunc qdem mediolani nunc uero placentiæ quod ubi est prædicamenti alteram non admittit essentiam: transitq; nunc & idem manet: hoc autem est q̃do: & rursus: modo stat modo sedet estq; compositum esse: & armatus est & inermis idem & est habere uerberat aliquis & secat idẽ manẽs essentia nullo modo immutata: estq; facere & secatur aliqs & uerberatur immutata essentia: & est pati. Decẽ uero nec plura sunt prædicamenta idq; ex diuisione quadam certum est. Diuisio autem est huiusmodi: ens uel in subiecto est: uel non est in subiecto quod quidem in subiecto non est essentiam facit: quod autem in subiecto aut per se inspicitur aut nõ per se: & quod nõ per se facit ad aliqd: affecta enim sunt quæ ad aliquid ideo neq; per se inspecta & alium referunt. nam filius patrẽ refert: seruus uero dominum: & frater fratrẽ & omnino quæcũq; sũt ad aliquid. quod autem per se aut diuisibile est & facit quantum aut indiuisibile & facit quale: reliqua autem sex prædicamenta ex horum mixtione gignuntur. essentia namq; cum quãto mixta uel in loco spectat͛ & ubi prædicamentum facit uel in tempore & quãdo efficit cum qualitate mixta ue actionem habet & est facere: uel passionem & est pati. Cum eo autem quod est ad aliquid conueniẽs uel ĩ alio ponitur: & compositum esse dicitur uel ei accommodatur atq; adiicitur alterum & est habere. ẽt aliter dicitur uel circumpræhendit & facit haber͛. compræhẽdit enim tunica corpus. & prudentia & reliquæ uirtutes sicut etiã uitia animam. Sciendum autem est quod nulla essentia sua diffinitione sensilis est. nam uisus coloris est cõpræhẽsor nõ essẽtiæ: & olfactus suffumigationũ: & gustus saporũ: & auditus sõituũ: & tactus tẽpamentorũ nõ essentiarũ ipsaꝝ. in ordine aũt post essẽtiã ponit͛ quantitas & p̃it q̃litatẽ quod naturaliter q̃titatur: ut hoc utar uerbo. ut cũq; res ĩ aceruum surgit & p̃inde circa ipsum q̃le spectat͛. dicit͛ ẽt aliter qđ queadmodũ eẽntiæ. ita ẽt q̃titati nihil ẽ cõtrariũ: & ob hoc cõmunicãtia sibi inuicẽ sũt p̃xia.

Verum tamẽ dicẽdo ꝙ naturaliter primum quãtitat̃ paralogiſmus eſt quando in naturalibus corporibus contrarium euenit. primũ ſiquidẽ qualitãtur: ut exẽpli cã ſæmentis in naturæ officina uel frigeſcit: uel caleſcit: uel ſicceſcit: uel humeſcit: uel albeſcit: uel nigreſcit atq; ita icremẽtũ capit & effigiẽ. Qualitas ſubĩde ãteit id qd ẽ ad aliqd: qm̃ q̃le p ſeſe ẽ. ad aliqd autẽ affectũ ac i relatione poſitũ eſt. primũ ſpectantur per ſeſe ſingula & ita inrelatione. ita reliqua his ſubſtruuntur. ubi enim præcedit qñ quod locus quidem ſit ĩmobilis: tempus uero mobile. Atqui qes motum præcedit: & principium ortum ipſum & ĩmobilitas motum. facere autem añ cedit pati: qm̃ agere q̃ pati ualidius eſt. Rurſus ſitũ eſſe præcedit habere quod poni q̃ circũponi ſimplicius ſit: nam quod circumponitur bis ponitur circumponi quoq; abſq; poni non eſt inuenire. nimirum circũpoſit⁹ ipſe quoq; cõpoſituſ quodam modo eſt iuxta quendã compoſiti eſſe ſitum: ut ſtat⁹: ſeſſio: recubatio. eſſentiæ igitur ſuum eſt nõ ſuſcipe magis & min⁹ nõ. n. magis animal homo q̃ equus: Qualitatis autẽ ſuſcipe magis & minus album ſiqdem magis & minus dicit̃ itidem nigrum & cæteræ qualitates. quãtitatis ꝓprium eſt æquale & i æquale. ut ſpithamẽ cubitum inæqualis. tres autẽ palæſtæ ſpithamæ æquales & quinq; decem: in æqualia. bis uero quĩq; æqualia decem. Eius autem quod eſt ad aliquid proprium eſt oppoſita colligere: nã patre exiſtente eſt etiam filius: & domino exiſtente eſt etiã ſeruus. Vbi autem proprium compræhenſio ſiue ambitus qñ uero nõ permanere: facere porro actio: ut pati paſſio: cõpoſitum eſſe eius proprium eſt ſitus habere adiectio. Diuiduntur autem eſſentia quidem ut diximus in corpus & corporis expers. corpus inanimatum & anima carens: animatum ĩſenſibile & ſenſu uacuum. Senſibile in animal & zohophytum: nõ contradi uĩdendo quidem: ſed diuiditur tamen animal inrationale & ratione carens. Rationale autem immortale: & mortis expers. mortale in ſubiectas ſibi ſpecies hominem: equum: bouem: & reliquas. Species autem in ſingularia: & unum quodq; ſuperius cõtra diuiſorũ peculiares diuiſiones habet ad in diuidua uſq;: ac ſingularia propemodum progredientes. Quantitas in ſeptem diuiditur: lineam: ſuperficiem: corpus: locum: tempus: numerum: & orationem: & q̃rum quidem aliud eſt cõtinuum aliud diſcretũ & cõtinui quidem quinq; ſunt ſpecies: diſcreti uero numerus & oratio. Item quãti quoddam eſt ſitum habentium ad ſe inuicẽ earum quæ in ipſis conſtiterunt particularum ut linea: ſuperficies: corpus: locus: quoddam autem nõ habẽtium ſitum ut numerus: tempus: & oratio. Nam licet continuũ ſit tempus: tamen ſitum nõ habet quod nõ perſtet. Quod autem non perſtat quomodo ſitum habuerit: In ſup a q̃to etiã quattuor inueſtigatæ ſunt ſcientiæ: nã continuum uel immobile eſt tum facit geometriã: uel mobile & facit aſtronomiã. Diſcretum porro: uel per ſeſe inſpicitur & facit arithmeticam: uel ad alterum habet relationem & facit muſicam. Qualitas diuidit̃ i habitum: & affectiõem: paſſibilem: qualitatem: & paſſionem potentiã: & ĩpotentiã: figurã: & formã. Eſt autem hĩtus itenſio affectionis & in ſe ſe ꝑmanentiæ quã monemoteta uocãt & ſtabilimentum ex iugi & exercitata affectiõe: ut i naturã trãſlata: & ſecũda q̃dã uſu cõpata natura. Dicunt autem habitus etiam per naturam nobis inſita: nedum ab affectione: & promotione nobis ingenita ut uiſus: & reliqui ſenſus ſunt. Paſſiua qualitas ſimiliter paſſionis eſt incrementum & intenſio & difficulter delebilis eſt firmitudo: uel etiam indelebilis.

Visus ē ꝑfecto Aristoteles habitū quidē & affectionem in uirtutibus accipere & disciplinis: depræhensibilibusq; disciplinis. Passionē uero & passiuam qualitatē in ira: & odio: & intemperātia: & reliquis uiciosis perturbationibus: & ex lāgore affectibus. Caliditates autē & frigiditates nūc ī habitu: & affectione ponit. nunc autem in passiua qualitate: & passione. dicēdūq; est quod quatenus participes ha bitus ipsas appellauit: quatenus autem affectum iniiciūt passiuas qualitates has no minauit. Cum infirmitudinem & in unum coierint. mediocris nāq; participatio uel alteratio: affectio: uel pturbatio nominata est: proinde a participando habi tus dicatur: uel affectio merito quidem caliditas. Ab alterādo autem passiua qua litas uel passio. potentia autem dicitur sicut in infante ut cum dicimus potētia cur sorem esse: potētia philosophum & omnino cum in præsentia nō habuerit quod possit exercere: at tēporalibus accessibus contingens est ut id possit efficere. Impo tentia autem quando nō capax est natura ad aliquam olim obeundam actionem ut homini uolare impossibile est: & aquilæ in aqua uitā agere: & equo sermocina ri: & quæcunq; natura impossibilia sunt. figura dicitur talis expressio: & linearis effictio. forma extrinsecus prominēs coloris qualitas idea: & informatio: & inter polata coloratio: & simpliciter talis quædam iniecta uisui superficiei forma. sunt qui figurā in rebus in animatis accipiāt: formā autē in rebus animatis: alii porro figurā quidē fastigiose cedentē: formā uero supernā superficiē uocēt. Ad aliquid porro generalius diuisum quadrifariā diuiditur cui sentētiæ grāmatici quoq; asti pulātur: natura: fortuna: arte: & electiōe. Vbi diuidit ut quidē simplicius sex mo dis in sursum: deorsum: ante: pone: dextrorsum: & sinistrorsum. sed horū singu la uariātur nā eius qđ est sursum multæ differētiæ in nubibus in æthere: ī astris ad polū usq;: supra polū & deorsum similiter & reliqua infinities in infinitū parti cularioribus locis uariātur. Quādo diuiditur ī præsens: præteritū: & futurū: tem pus præsens in diuisibile: præteritum in nouem: & futuꝝ in quinq;. facere diuidi tur in rem & orationem: & intellectū siue sensum interiorem actio in per manū exercitiū in per arma & instrumenta actionem: & per pedes: & singula horū in peculiares actitatiōes & particulariter diuisas. Sermo āt ī græcā: latinā & barbarā linguā quaꝝ quælibet linguas uarias ac differētes hēt: Intellectus āt in intellectus ī finitos ornantiū & exornātiū. Sub eo eni qđ est facere & oratio & intellectus est quippe q̄ actiōes sunt partis rationalis: dicimus siquidē qđ facit ille: sermociatur: ne an disserit: intellectum excutit: colloquit: pati porro in ea quæ ī anima sunt & q̄ in corpore & hoꝝ unūquodq; exactione alterius patietur uel in bipartita actio ne: quæ porro in infinitas passionum species diuiduntur. Cōpositū aūt esse in tria diuiditur: statum: sessionē: recubitū: quoꝝ singula differentiis uariātur. Nā status distinctus est uel in tota plāta: uel in extremis digitis: uel in rectis ilibus: uel genicu lā ibus ascensibus æqualibus: & in æqualibus in ambobus pedibus: uel uno innixa c ure. Sessio āt similiter: recta: prona: supinata in rectāgula genuū figura: uel obtu si anguli: uel acuti anguli & uicissim pedibus: uel a iter affectis. Recubitus similiter supinus recūbit: ꝑnus: obliquus extēsim se cōmouēs: uel iflexū: uel in cōtractā figu rā: & simpliciter uaria nec uniformis diuisio: itē diuidit cōpositū esse infusionē ut ī frumēto ē uidere: harena: olco: aqua: & reliqs q̄cūq; cōpositi esse: sūt: q̄ aridæ uel ēt humidæ cognita sūt naturæ. eniuero ēt nauigare ei⁹ qđ ē cōpositū eē: ē in lino

ac ræte & supellectilibus. Habere in permutatiōem diuersam diuiditur sicut subditum est armatum: tectum esse: in interpositione; ut in modio in fidelia: reliquisq; uasis. Dicimus eni; modium habere triticum: uel uinum fideliam & in possessionem: ut opes habet: iugum fert: uel habet & id genus alia.

De Locutione.

SIcut ab elementis ad cōpositas dictiones orationesq; ita a prædicamentis progredientibus eundum ad id quod de locutione est: elementorum siquidem rationem nomina & uerba sine complexu inspecta retinent: quæ etiam dictiones nominantur: complexa uero ratione; habent syllabarum & aientes. uel negatiuæ dicuntur: nō; negandi particula uel apposita uerbo: uel ab eo ablata: uel definitione: uel modo materiæ constant. Determinationu; autem species duæ uniuersalis prædicatoria siue aiens omnis: & negatiua huius non omnis particularis prædicatoria aliquis: & negatiua huius nullus ut sint cū negatiuis quattuor. At curnam eius quod est omnis non dicimus nullus esse negatiuam: sed non omnis rursus eius quod est aliquis: cur nō aliquis dicimus esse negatiuam: sed nullus nempe q ei quod est omnis contradictorie opponitur non omnis. contrarie autem nullus & ei quod est aliquis: contradictoriæ quidem opponitur nullus subcontrariæ uero non aliquis. Atqui contradictoriæ opposita magis sunt negatiuæ quippe quæ nō coincidunt in falsum neq; in uerum: sed in omni materia aiente uera necesse est negatiuam falsam esse: falsa autem aiens negatiuam necessario falsam esse. Quæ uero cōtrarie uel subcontrarie opposita sunt in materia contingenti eorum quædam simul falsa sunt: quædam simul uera: tertia porro materia ē necessaria ut respirare hominem: Cōtingens ut deambulare hominem: Impossibilis ut uolare hominem: in quarum nulla simul uera sunt contradictoria: uel simul falsa idq; ex propositionibus coniectari potest: oīs homo respirat uerum: non omnis hō respirat falsū: oīs hō ābulat falsu; nō oīs hō ābulat ueꝝ: oīs hō uolat falsū: nō oīs hō uolat uerū: nā si nullus etiā nō aliquis. illud aliquis homo respirat uerū. nam si omnis etiam aliquis: nullus hō respirat falsum. aliqs homo ambulat ueꝝ: nullus homo ambulat falsum: aliquis homo uolat falsum: nullus homo uolat uerū. Ita igitur habent contradictorie opposita. quæ uero contrarie considerandū ut in cōtingēti simul falsa sunt: oīs hō ambulat: nullus hō ābulat ābo falsa. Quæ aūt subcōtrariæ simul uera sunt: aliqs hō ambulat: nō aliqs hō ābulat uera sūt ambo. quilibet autem & aliquis subalterne habent quēadmodū nullus ad non aliquis: quorū quilibet & aliquis in necessaria materia uera sunt. In impossibili autē simul falsa sed incōtingenti alterū quidē uerū est: alteꝝ uero falsum. At nullus & non aliquis in necessaria simul falsa sūt. In impossibili uero simul falsa. sed in cōtingēti alterū quidē uerū est: alterū uero falsum ut solas contradictorias ꝓpositiones semp in omni materia se oppugnātes inuenias nec ad unū cōcurrentes: sed semper alterutra uera necessario altera sit falsa: quēadmodū sine definitionibus & cum definitionibus aientes dicuntur & negatiuæ: ita etiā absq; modis & cū modis. Modi autem sunt hoc ipsum necessarium esse dicendo expressum: & cōtingens esse: & impossibile esse: si itaq; sine determinationibus & modo materiæ: hoc est necessariū esse: contingens esse impossibile esse propositio proferatur a uerbo aiens & negatiua iudicantur addita uel ablata non negandi particula ut homo ambulat aiens

homo non ambulat. Negatiua determinatiōe autem aliqua apposita ab ea quæ sunt aíentes uel negatiuæ iudicantur præposita huic negādi particula: uel etiā ab lata ut omnis homo ambulat nō omnis homo ambulat aliquis homo ambulat: nullus homo ambulat: modo autem materiæ propositioni ānexo excellit magis quod ab hoc aientiam uel negationem infigendo: ut necesse omnem hominem respirare: nō necesse omnem hominem respirare: contingens omnem hominē differere: non contingens omnem hominem differere. Impossibile omnem hominem uolare: nō impossibile omnem hominem uolare. Nam si uniuersalis determiatio accommodatur cæterum nō ex ipsa; sed a modis negatio & aientia fit. Sed quoniam omnis propositio ex nomine ex uerbo constat dicendum quid sit nomen & quid uerbum & quid indefinitum nomen & quid indefinitum uerbū & quid casus nominis & quid uerbi. Nomen igitur est ut homo: uerbū autem ambulat. Indefinitum nomen hocce non homo: indefinitum uerbum nō ambulat. Casus nominis sunt obliqui: casus autem uerbi præterita: ac futura: Cæterum indefinitum uerbum negationem facit indefinitum autem nomen neutiq̄: nam nō homo ambulat nō negatiua sed aiens est ex idefinito nomine. Proinde a nomine & uerbo definito uel indefinito: determinatæ uel indeterminatæ aiētes uel negatiuæ ex subiecto & prædicato propositiōes dicūtur. Si autem uerbum in nomē fuerit immutatum tum uerbo est nobis opus est ad perfectam aiētiam uel negatiuam: ut homo iustus est ecce iustificatur ut ita loqui permittatur: uerbum conuersum est in nomen iustus & ob hoc est uerbo egemus ad aientis perfectionem: & rursus negatiua homo iustus non est: dicunturq; huiusmodi propositiones ex tertio appredicato siue adiacēte. Harum autem species sunt tres simplex: ex transpositiōe: & priuatoria. Simplex quidem quæ iam dicta ut homo iustus ē: & eius negatiua homo iustus non est. Ex transpositione autem homo non iustus est hoc enim non iustus non negatio: sed aientia est ex transpositione: dicitur etiam huius negatio homo non iustus non est. Priuatoria autem ut homo iniustus est & eius negatiua homo iniustus non est. His ita definitis inspiciendum nobis esse ducimus omnes propositiones quot nam demum sint: quæ igitur ex prædicato & subiecto definito nomine: indefinitæ propositiones sunt duæ: una prædicatoria hoc est aiens homo ambulat: altera abnegatiua homo non ambulat: quæ autem cum determinationibus aliæ quattuor uniuersalis aiens omnis homo ambulat: particularis negatiua non omnis homo ambulat. uniuersalis negatiua nullus homo ambulat: particularis aiens aliquis homo ambulat. Ecce tibi sex: ex indefinito autem nomine aliæ fiunt sex: non homo ambulat: non homo non ambulat: omnis non homo ambulat: non omnis non homo ambulat: nullus non homo ambulat: aliquis non homo ambulat: ecce iam duodecim. Ex tertio autem apprædicato simplices quidem aliæ duodecim: ex transpositione rursus aliæ duodecim & negatiuæ similiter duodecim: quater igitur duodecim quadragintaocto. His si adiiciantur modi ex uno quoq; modo quadragintaocto fiunt ut sint centum quadraginta quattuor quibus adiectis quadragintaocto quæ sine modo sunt ad centū nonagintaduas excrescunt. His in tribus temporibus substructis præsens: præteritum: & futurum omnes quingentæ septuaginta sex esse ostenduntur neq; his plures est iuenire propositiōes: nisi forte aliquis eas quæ in uno quoq; tēpore diffe-

rentes sunt uel et nominis casibus illis uelit ānumearare quæ a nobis quod numeratu operosiores q̃ cognitu difficiliores uiderentur explosæ sunt quod minus inspectio/ne dignæ uiderentur. sicut etiam singulares: quibus Aristoteles in syllogismorum ex/positione minime usus est: ab uniuersalibus & perpetuis syllogismos texens quibus singulares quoq; āmixtæ inspiciuntur. Latere autem nos non debet quod indicatiua solum species orationis propositionibus est utilis utpote etiam sola ad aientiam: & negationem tendens: non imperatiua: non optatiua: non uocatiua: neq; interroga/tiua: harum siquidem nihil ad aientem orationem uel negatiuam excutiendam est idoneum.

¶ De figuris unde syllogismorum ortus: & doctrina.

AT iam ad figuras & ad syllogismorum ortum: siue disciplinam atq; inuen/tionem ueniamus: quos faciem diximus gerere dictionis. Nam sicut dictio/nes sententiam efficiunt & notionem. Ita syllogismi conclusionem & ex/quisita problemata conficiunt: ac in apertum & discussum perducunt. Omnis igitur syllogismus ex duabus saltem propositionibus constat maiore: ac minore. maiorem quidem uoco cuius terminorum unus prædicatus fit in conclusione. minorem autem cuius subiectus fit ut essentia omni animali animal omni homini essentia igitur om ni hōi. ecce prædicata est essentia & subiect⁹ ē homo in conclusione: In utracūq; igit͏̃ propositione essentia ipsa fuit maior propositio posita autem est in ea q̃ dixit essentia omni animali: hæc nempe maior propositio in qua rursus homo ipsa erat minor. ap positus autem fuit in ea quæ dixit animal omni homini quæ fuit minor. Terminus quoq; primus prædicatus in conclusione dicitur. Postremus autem subiectus: medius uero assistit in omni conclusione. Quoniam igitur ut dictum est omnis syllogismus ex duabus propositionibus saltem conflatur maioreq; & minore maiore totiens po/sita quotiens propositionum annumeratio. totiens autem ipsi minore annexa. ita quingentis septuagintasex maioribus propositionibus cum minoribus multiplicatis euenit totos syllogisticos & asyllogistos modos congregari in myriadas triginta tres & mille septingentos septuaginta sex: significat autem myrias una dena milia. ex mo/dorum autem mixtura duodecies rursus totidem colliguntur: uel enim maiore propo/sitione necessaria posita minore uero uel contingente uel impossibili uel maiore exi/stente. minore uero necessaria uel contingente. uel impossibili: uel maiore contingen te minore necessaria uel existente uel impossibili uel maiore impossibili: minore au/tem necessaria uel existente: uel contingente duodecies multiplicantur omnes præ/dicti ut simul omnes imixti: & mixti in myriadas tricenas nonaginta octo & mille tricenos duodecim perueniant absoluendi. Nam sitrinam dicimus esse materiam necessariam: contingentem: & impossibilem. Contingentem certe Aristoteles i duo diuisit in euenientem: & futuram: & euenientem quidem existentem nominat futu ram uero proprie contingentem. ex harum autem quattuor mixtura per coniugatio/nes syllogismos in mixtionibus exponit. Cum itaq; trinæ sint figuræ in unaquaq; fi/gura tot sint texti syllogismi triplicati enumeratorum omnes fiunt ut omnino sint nu mero quidē myriades mille centum nonaginta quattuor ac tria milia nongēti trigin/ta sex syllogistici pariterq; asyllogisti. In prima quidem figura myriades sexaginta/sex & termille quingenta quinquaginta duo syllogismi. In secunda similiter toti/dem: In tertia myriades centum denæ ac qnæ: nongenti ac uiginti: ac simul omnes

syllogistici myriades ducentæ quadraginta tres: & ter mille uiginti quattuor. Reliqui autem asyllogisti myriades octingentæ quinquagita una nongēti duodecim: ut sit ad asyllogistos ratio syllogisticoum modorū in prima ac secunda figura sub quina multiplicatione. in tertia autem sub duplicatione terquinquies. Fiunt porro alii quoq; ex asyllogistis syllogistici pp contingentis materiæ mutabilitatē & ad alia ac rursus ex syllogisticis asyllogisti pp uniuersalē negatiuā incōtingente materia quæ in se nō conuertitur in aliis conuersa materiebus ut deinceps ostendet̃ et q ex ablatiōe iuxta sensum materiæ tot fuerint syllogismi ac non plures. q aūt in materia pspecti & singulares et q in hos resoluti infinities sunt infiniti. Nā quēadmodū in rhetorica status numero certo cōpræhendunt̃: singulares autē in his icidentes in infinitum producuntur ita etiā hic: sane scientia huiusmodi syllogismoꝝ numerū ostendit: at qui singulares & ex eis incidunt infiniti sunt ac numero ullo cōpræhendi non possunt. Cum ergo hi tot sint Aristoteles hexada unā iuxta id quod est propositionū simplicius accipiens unā quidē ex duabus indeterminatis quattuor aūt ex indeterminatis in nomine determinato in his syllogismos explicat exēplis quo ab his reliquos quoque indicet. At quoniā syllogismus ut dictum est ex duabus saltem propositionibus conficitur maiore & minore sexies iuxta dictum modum posita maiore tantundem porro minore ei annexa sexies sex triginta sex fiunt. Posita namq; maiore propositione uniuersali aiente & minori illata uniuersali aiente uel uniuersali negatiua uel particulari aiente: uel particulari negatiua uel indefinita aiente: uel indefinita negatiua sex hinc syllogistici & asyllogisti emergunt modi. Rursus posita maiore uniuersali negatiua & inducta minore sexies sicut dictum est alii fiunt sex. Rursus posita maiore particulari aiente: minore sexies similiter illata alii porro recensebuntur sex. ac rursus posita maiore particulari negatiua minore uero ut dictum est sexies illata sex alii procreantur. Item posita maiore indefinita aiente & sexies huic annexa minore etiā hinc sex fiūt. & indefinita negatiua maiore posita & ea ut superius sexies minore prolata itidem alii emergunt sex: & ecce sexies sex omnes triginta sex facti sunt modi syllogistici & asyllogisti. Horum in prima quidem figura sex sunt syllogistici asyllogisti autem triginta. In secunda quoque similiter. In tertia uero decem syllogistici & uiginti sex asyllogisti. quantum autem ad cuiuslibet figuræ cognitionem pertinet. In prima nimirum figura medius quidem terminus primo subiicitur termino: de extremo autem prædicatur. In secunda figura medius termius de ambobus extremis prædicatur. In tertia uero figura medius terminus ambobus subiicitur extremis. ex tribus enim terminis saltem omnis syllogismus constat quemadmodum ex duabus propositionibus medio termino ambabus propositionibus implexo ob hoc plures propositionum sunt termini. in prima igitur figura syllogistici modi hi sunt. Primus ex duabus uniuersalibus aientibus propositionibus uniuersalē aientē colligit conclusionem ut essentia omni animali: animal omni homini: essentia igitur omni homini. Secundus ex maiore uniuersali negatiua & minore uniuersali aiente uniuersalem negatiuam colligit conclusionem ut animatum nulli inanimato inanimatum omni lapidi, ergo animatum nulli lapidi. Tertius ex maiore uniuersali aiente & minore pticulari aiēte pticularē aientē colligit conclusionē ut aial omni hōini hō alicui albo aial ergo alicui albo. Quart9 ex maioř uniuersali negatiua & minore pticulari aiēte pticularē negatiuā colligit cōclusionē ut aiatū nulli iaiato i anima

alicui

alicui albo animatũ igitur nõ omni albo. Quintus ex maiore uniuersali aiente & minore indefinita aiẽte: idefinitã aiẽtem colligit cõclusionẽ. Termini aũt tertii modi animal omni homini hõ in albo: hoc enim sine definitione est animal igitur in albo æquiualet aũt hoc ei quod est alicui albo: nã indefinita idẽ ualẽt quod particularia. Sextus ex maiore uniuersali negatiua & minore indefinita aiente indefinitã negatiuã colligit cõclusionẽ. Termini quarti modi animatũ nulli inanimato: i animatũ in albo animatũ igitur nõ in albo. Qui aũt præter hos omnes sunt asyllogisti. Asyllogisti aũt dicuntur quod cõtrarias & indiscretas colligãt cõclusiones ut in uno exemplo secundi modi primæ hexadis in eadẽ prima figura: essentia omni animali animal nulli inanimato: essentia omni inanimato ecce in eodẽ modo & eadẽ qualitate & q̃titatæ cõtrariæ collectæ sunt conclusiones similiter & in reliquis asyllogistis modis euenit quod in syllogisticis modis nunquam fiet: nam in prius exposito syllogismo collectum est: essentia omni inanimato. Rursus animal omni homini hõ nulli in animato animal nulli inanimato. Ecce contraria in eodem modo etiã quãtitate. Vniuersales enĩ propositiones sumptæ sunt colligentes conclusiones omnis & nullus quod asyllogistico modo alienũ est: nã proprie syllogismus unã eandẽq qualitate & q̃titate colligit conclusionẽ. In secũda porro figura syllogistici modi hi sunt. Primus ex maiore uniuersali negatiua & minore uniuersali aiente negatiuã uniuersalẽ colligit conclusionẽ: negatiuæ siquidẽ omnes secundæ figuræ sunt conclusiones ut animatũ nulli inanimato animatũ omni homini: ianimatũ igitur nulli homini. Secũdus ex maiore uniuersali aiente & minore uniuersali negatiua uniuersalẽ negatiuã colligit cõclusionẽ: ut animatũ omni homini animatũ nulli ianimato: homo igitur nulli inanimato. Tertius ex maiore uniuersali negatiua & minore particulari aiente negatiuã particularẽ colligit cõclusionem: ut animatũ nulli inanimato animatum alicui corpori: animatum igitur nõ omni corpori. Quartus ex maiore uniuersali aiente & minore particulari negatiua particularẽ negatiuã colligit cõclusionẽ: ut animal omni homini animal nõ omni albo hõ non omni albo. Quintus ex maiore uniuersali negatiua & minore indefinita aiente indefinitã negatiuã colligit cõclusionẽ. Termini tertii modi: animatũ nulli inanimato animatũ i corpore: i animatũ igitur nõ in corpore. Sextus ex maiore uniuersali aiente & minore indefinita negatiua indefinitã negatiuã colligit cõclusionem. Termini quarti modi: ut animal omni homini animal nõ in albo: homo nõ in albo: præter hos alii sunt asyllogisti. Referẽdũ autẽ in hac quoq figura exemplum unum in primo modo primæ hexadis: ut animal omni mortali: animal omni homini mortale omni homini. Rursus in eodem modo animal omni homini animal omni equo homo nulli equo: idẽ in cæteris asyllogistis modis inuenitur. In tertia figura syllogistici sunt hi Primus ex duabus uniuersalibus aientibus particularem aientem colligit cõclusionem ut animal omni homini animatũ omni homini animal alicui animato. Colligitur nãq etiã ipsum omni est: quando termini fiunt causæ: nempe materiæ & modi nõ syllogismi texturæ. Nã semper illud omni colligeretur ut essentia omni homini animal omni homini: eẽntia igitur omni animali. Atqui quod per raro est id inscientia lex nõ est sed quod semper quodãmodo euenit. Et quoniã particulare in uniuersali inuenitur: sed uniuersale in particulari neutiq̃ hac de causa

sese est. ad aliqd aũt affectũ ac in relatiõe positũ est. Reliqua his substruunt᷑ ubi nãq;
præcedit qñ quod locus ĩmobilis: tẽpus uero mobile. atq quies motũ præcedit & pri
cipiũ ortũ ipsum & ĩmobilitas motũ. facere antecedit pati. qm̃ facere q̃ pati nobili⁹
est. Cõpositũ esse p̃cedit habere quod poni q̃ circũponi simplicius. Rursus essentiæ
suũ & peculiare ẽ nõ suscipere magis & minus. nõ. n. magis animal homo q̃ equus.
Qualitatis autẽ suscipere magis & minus. Albũ siquidẽ magis & minus dicit᷑ ita cæ
tera accidentia qualitatis. quantitatis propriũ est æquale & inæquale: ut palmus: ulna
ut tres: tertiæ ulnæ unius uni ulnæ æquales & quinq; & decem inequalia. At bisquiq;
ipsi decem æqualia. eius porro quod est ad aliquid proprium est opposita colligere:
Nam patre existẽte est etiam filius: & domino existente est seruus ubi proprium est
compræhensio. sicut ipsius quando nõ permanere sed e ffluere facere est actio: ut pati
passio: Compositum esse est proprium situs: ut habere adiectio. Diuiditur autẽ essen
tia in corpus & uacans corpore. Corpus inanimatum & anima carens. animatum in
sensibile & sensu uacuum: sensibile in animal & zohophytum. rursus animal in ratio
nale & ratione carens. Species autẽ ultima: ut homo: ĩ indiuidua: ut Socratem. Pla
tonem. Georgium. Eucarpum. Quantitas diuiditur in lineam: superficiem: corpus:
locum: tempus: numerum: & orationem: & quantũ quidem aliud est continuũ aliud

discretum:Continui quinq; sunt nominatæ species. discreti reliqua duo numerus:& oratio. Rursus quanti quoddam est situm habentium ad se inuicem earũq; in ipsis constiterũt particularum:ut linea:superficies:corpus:locus quoddam non habentiũ situm:ut numerus: tempus & oratio. nam licet tempus sit cõtinuum non tamen etiã habet positionem. quod non perstet. at quod non perstat quo pacto positionem habere potuerit? Rursus a quanto quattuor effluant mathematicæ. nam continuum uel imobile est & Geometriam facit: uel mobile & procreat Astronomiam: discretum uel per sese ĩspicitur & facit Arithmetticã: uel ad alterum affectionem habet & facit Musicam. Qualitas diuiditur ĩ habitũ:& affectionem passibilẽ qualitatem:& passionem potentiam:& ĩpotentiam:figuram & formã. habitus est intensio affectionis & in sese permanentiæ ex iugi & exercitata actione:ut in naturã transire uideat̃. & quædam cõparata usu natura habitus etiã nomen obtinent quæ a natura sunt nobis insita nedum affectione:ut uisus & cæteri sensus. Passiua qualitas similiter est passionis ĩcrementum intensioq; difficulter delebilis:planeue indelebilis. non defuerunt philosophi qui in moribus pariterq; disciplinis habitũ dicerent passiuamq; qualitatem in ira odio reliquisq; pturbationibus ex langore. Caliditates porro & frigiditates nunc ĩ habitu & affectione ponerent:nunc in passiua qualitate & egritudine: & perinde a participando habitus uel affctio iure dici uidetur caliditas. ab alterando autẽ passiua qualitas uel passio. Potentia ut in infante cum dicimus cursorem uel iracundũ esse. potẽtia grãmaticum uel musicum uel astronomũ & omnino eorum quæ in præsentia nõ possit exercere:at temporum accessu contingens ut id possit efficere. Impotem uero cum qui capax non est natura ad aliquam olim obeundã actionem:ut homini uolare impossibile est:& aquilæ in aqua uitam ducere: & equo sermocinari:& cætera quæ factu impossibilia: Figura dicitur linearis effictio reiq; alicuius expressio forma prominens qualitas substantiaue & idea & informatio & interpolata coloratio. Sunt qui figuram in rebus accipiant inanimatis: Formam uero in rebus animatis. Alii figuram quidem fastigiose procedentem. formam uero supernam uocent superficiem Ad aliquid generalius distributum quadrifariam diuiditur. Cui sententiæ grãmatici quoq; astipulantur in naturam. fortunam. artem: & propositum. Vbi distribuitur simpliciore modo in sursum: dehorsum. ante. pone. dextrorsum. læuorsum:sed horũ singula uariam habent affectionem:nam eius quod est sursum multæ differentiæ ĩ nubibus in æthere in astris ad polum supra polum. Similiter dehorsum & reliqua in infinitum particularioribus locis euariantur. Quando autem diuiditur ĩ præsens præteritum & futurum tempus. præsens in diuiduum reliqua diuiduntur. Facere distribuitur in rem & orationeq; & sensum interiorem. Actio per manuũ exercitium perq; instrumenta omnia & horum singula in sua sactiones sermo in omniũ nationum idiomata. interrogtãi namq; quid hic mihi facit? occurrimus: sermocinatur: disserit: intelligentia excutit. Pati in ea quæ in anima sunt & quæ in corpore quæ passiones sunt infinitæ. Compositum esse distribuitur in statum sessionem recubitum. quorum singula suas habent differentias. Nam status est uel in tota planta uel in extremis digitis uel geniculantibus. uel ascensu æquali uel inæquali ambobus pedibus uel uno cruris nixu Sessio quoq; recta. prona: supinata alterna poplitis in genua mutatione & similibus. Recubitus pariter supinus: pronus obliquus atq; ita in cætera. Compositũ esse quoq; est uidere ut in aceruo frumenti harenæ: ut in oleo aqua & similibus: & uariis agendi figuris habere distribuitur sicut in armatum uel quomodocũq; tectum esse permuta-

tione

tione aliqua aut impositione:ut in modio infidelia reliquisq; uasis. dicimus naq; modium habere triticum uinumue habere fideliam in possessionem:ut cum quis habet opes, iugum fert uel habet & similia.

¶ De Quæstionibus:

EXpositis simplicibus rebus ac uocibus de quibus omnis oritur ambiguitas consequens uidetur ut ambiguitatum siue quæstionum genera ostendamus: quæ ueterum cõsensu philosophorum aut soli deo uel naturæ cælesti sunt cognita aut omnibus obuia aut solis peritis hominibus explorata: quæ soli naturæ cælesti cognita nefas indagare: quæ omnibus certa delirum est disputando exquirere. sola restant igitur peritis dumtaxat explorata ratione & intelligentia patefacere: quorum ratio est omnino quadripartita. Quæritur siquidẽ an sit. quid sit. quale sit: & cur sit. An sit. ut an Vlysses Aiacem occiderit: an ultra India; sint populi. an Genua a magone pœno sit diruta: & a romanis restituta. quid sit homo. quid sit eclipsis quid sit continentia. quid sit helectrum. quale sit: ut qualis sit indica natio. qualis fuerit plato. qualis Nardus celtica. qualis Neroniana uita. cur sit. ut cur cælum rotundum. Cur homines ciuitates condiderint. Cur leges quibus tenerentur sciscendas eẽ existimauerint. Cur gallorum rex in italiam duxerit exercitum. proinde an sit coniectura explicatur hoc modo: ut cum quæritur natura ne sit ius inter homines an opinionibus aut cum quæritur quæ fuerit origo cuiusq; rei ut quæ origo grãmaticæ aut rhetoricæ disciplinarum ue reliquarum: aut de interitu: ut nũ sit in homine uirtus interitura. qd sit difinitione explicat̃: ut cũ quæritur quid sit iusticia: qd sit sacrilegus qd sit æther. ꝓpriũ: ne sit recte loqui grãmatici & ornate dicere: sit ne ꝓpriũ oratoris. aut quot sunt ꝑtes orõnis: quot sunt uirtutũ genera. aut si quærit̃ quæ sit natura auari. seditiosi. gloriosi. insulsi. quale. sit ne appetenda gloria an expetẽda pecunia. Laus ne an opes magis expetẽdæ. nũ fugienda paupertas. æquũ ne sit ulcisci iniurias. honestum ne sit gloriæ causa mortem obire. Cur sit finem spectat & coniectura explicatur.

¶ De sedibus argumentorum pariterq; argumentis.

POstea q̃ quæstionum genera cognita sunt. ut omnis soluatur ambiguitas opus est argumentis quæ ut arte depræhensa teneantur quibus de locis eruantur inspiciendum est: & quoniam dialecticorum seu probabilium cupis habere cognitionem demõstratiuorum & sophisticorum locos missos faciemus: quos tibi in nostro magno licebit opere expetendorum ac fugiendorum intueri. nunc demum probabilibus erimus contenti. Sunt ergo loci unde probabilia educuntur argumenta argumentorum ipsorum sedes quorum alios extra dicẽdi rationẽ ad id quod in controuersia positum est comprobandum accipimus. alii quos ex causa trahimus illos artis expertes hos artificiales solemus appellare. ex illo priore genere sunt præiudicia: rumores: tormenta: tabulæ: iusiurandum. testes. ex altero sunt ex toto: ex partibus ex nota. ex coniugatis. ex genere. ex forma. ex similitudine. ex differentia. ex contrario. ex adiunctis. ex antecedentibus. ex consequentibus. ex repugnantibus. ex causis. ex effectis. ex comparatione maiorum: aut parium: aut minorum. Præiudicium itaq; dicitur res quæ cum statuta fuerit affert iudicaturis exemplum quod sequantur. ut a senatu aduersus Milonem. Confirmantur præcipue duobus auctoritate eorum qui pronunciauerunt. & similitudine rerum de quibus quæritur. erit ergo a præiudicio

argumentum huiusmodi. Senatusconsulti de hac re præiudicium latum est: non est ergo quod de ea plura dicamus: nam aduersus consulta senatus decretaue principium uel magistratuum remedium nullum est: Rumor ac fama publicum testimonium est: quod qui uult īfringere sermonem uocat sine ullo certo autore dispersu: cui malignitas dederit initium incrementum credulitas quod fraude inimicorum alicui possit accidere innocentissimo. A tormentis probamus cum dicimus inuentam eiusmodi in quæstionem ob uera fatendi necessitatem contra tormenta. dicit ipsa esse plærunq; causam falsa dicendi quod aliis patientia facile mendacium faciat aliis infirmitas necessarium. A tabulis. aut pro tabulis: aut contra tabulas: quas scimus refelli ac recusari. id notius est argumentandi genus q̄ ut pluribus hoc tempore uideatur explicandum. A testimoniis argumentatur circa quæ patronis causarum sudor pro testimoniis & contra testimonia quo pacto argumentandu; res ipsa nos admonebit. A iure iurando argumentabimur magnum momentum uideri a uiri autoritate inductum: aut a uiri improbitate refellemus. Peruulgata satis hæc sunt argumentorum genera quæ artis dicuntur expertia: & ex ea quæ agitur causa facile nobis suggeruntur. quare ad artificialia transeamus. A toto igitur ducitur argumentum. cū quod in quæstione positum est diffiniendo comprobamus. diffinitio proprie per genus & differentiam fit: ut homo est animal rationale. rhetorica est ars benedicendi. sed aliquando loco diffinitionis utimur descriptione: ut homo est animal bipes cuius caput in cælum attollitur: & binæ ab humeris dependent manus: & eo modo reliqua. Si ergo quæstio de toto aliquo ea diffiniēdo diluitur. Est autem diffinitio ut Plato inquit breuis oratio subiectæ rei naturam ostendens: ut autem Aristoteles. Diffinitio est oratio quæ id quod diffinitur explicat quid sit. hæc igitur proprie per genus & differentiam: ut diximus id facit. sed aliquando etiam diuidendo: ut genus in species. Aliquando partiendo: ut totum in partes: ut si fuerit quæstio de animali quid sit: de toto animali quæritur per genus ergo & differentiam diffiniendo diluo quæstionem. cum dico animal ē substantia animata sensilis. diuidendo autem idem ostēdo oblique dicendo animal est quod partim in terris: partim in aquis: partim in aere uitam ducit. Partiendo hoc modo: animal est quod anima constat sensibili & corpore. Aliquando diffinimus a contrarii remotione: ut Horatianum illud uirtus est uitiū fugere sapientia prima stulticia caruisse. si fuerit ergo quæstio an concha maris sit animal a toto nempe ab animali traho argumentum per diffinitionem. dicendo animal est substantia animata sensilis. Concha maris est substantia animata sensilis. ergo concha maris est animal. Ex partium enumeratione trahitur argumentum: ut si quæratur an montis crypta sit domus diluitur quæstio hoc modo: domus constat solo. fundamento ac parietibus consurgit: & tecto superne contegitur: crypta non est huiusmodi: non ergo domus. A nota uerbi seu etymologia locus dicitur argumenti cum quod in quæstione positum est etymologia dissoluitur: ut si quæratur de quopiam an sit locuples. ab etymologia argumentabor hoc modo. Locuples est qui locis abundat: abundat autem locis ille: est ergo locuples. potest & per negationem cō probari: ut quod ex humo non est: id non est homo: non est autem ex humo anima. non ergo anima est homo. A coniugatis. Coniugata dicuntur quæ sunt ex uerbis generis eiusdem: ut prudens prudentia prudenter. ut si quæratur de quopiam sit ne prudens: arguetur esse hoc modo: prudenter agit: ergo prudens est. Ita iuste agit: ergo iustus: ager est compascuus: ergo licet compascere. A genere: sicut a toto diximus

partes

partes comprobari partiendo: ita a genere ſpecies diuidendo comprobamus. Nam cum rhetorica in partes diuidatur inuentionem: diſpoſitionem: elocutionem: memoriam: & pronuntiationem. Siquid fuerit harum partium oſtendemus eſſe inter partes rhetoricæ collocandum. At cum eiuſdem artis ſint ſpecies demonſtratiua Deliberatiua Iudicialis. In quas rhetorica genus diuiditur: oſtendemus ſi qua oratio ſtructa in harum aliqua fuerit ſpecie totam eo confluere rhetoricam & partes ipſius ibidem inueniri: & ſi quis moriens legauit argentum uxori omne ſuum quæratur num etiam numerata domi pecunia legata ſit a genere eruetur argumentum hoc modo omne argentum uxori legauit maritus. atqui numerata domi pecunia argentum eſt: ergo & numerata domi pecunia legata eſt. A forma ſiue ſpecie. eſt cum ſicut a partium enumeratione totum comprabari diximus: ita a ſpecie genus demonſtratur: quæ hoc modo diſtiguntur. Si totum uelimus oſtendere omnes nobis partes ſunt oſtendendæ: nam ſi orationis partes non octo: ſed pauciores attingamus non poterimus omnem orationem illis concludere. uelet ſi rhetoricam tanq̃ totum quoddam uelis per inuentionem & diſpoſitionem compræhendere non poſſis: Contra uero ipſam tanquam genus oſtenderis una dumtaxat expreſſa ſpecie uel iudiciali uel deliberatiua uel demonſtratiua: ut rhetorica depræhenditur: ubi iudicialis fuerit oratio. ut quoniam reſpublica ueterum fere conſenſu tres habet ſpecies: quæ populi: quæ paucorum: quæ unius poteſtate regatur. ad genus quod eſt reſpublica conſtituendum una harum ſatis erit. A ſimilibus argumentum eſt ut ſi continentia uirtus eſt & abſtinentia. ſi fidem debet tutor: & procurator ac ſicut in inductione de qua poſt. ubi de argumentatione interrogando: ut prudentiane eſt uirtus & iuſticia non eſt: Item ſi feræ partus ſuos diligunt: qua nam in liberos noſtros indulgentia eſſe debemus. A differentia num ſi læticia: bonum & uoluptas. non quod mulieri idem & pupillo. ſi barbarorum eſt in diem uiuere: noſtra conſcilia ſempiternum tempus ſpectare debent. ac in utroq; genere & ſimilitudinis & diſſimilitudinis exempla ponunt oratores ex aliorum factis: aut dictis: aut euentis fictæq; narrationes plærunq; ponuntur. A contrario. Si Gracchus nefarie præclare opimius. Si frugalitas bonum: Cur non malum luxuria? ſi malorum cauſa bellum eſt: erit emendatio pax. ſi ueniam meretur q̧ imprudens nocuit non meretur præmium qui imprudens profuit? per interrogationẽ: ut Horatianum illud. Deſcriptas ſeruare uices operũq; colores. Cur ego ſi nequeo ignoroq; poeta ſalutor? & rurſus: Cur neſcire pudẽs praue: q̃ diſcere malo: Ab adiunctis ſi pietati ſũma tribuẽda laus debetis moueri Cũ Q. Metellũ tã pie lugere uideatis. ſi bonũ iuſticia ẽ recte iudicãdũ. ſi malũ pfidia nõ ẽ fallẽdũ qđ qs nõ habuit quomodo pdit? quẽ qs amat ſciens non lædit Quem quis heredem ſuum eſſe uoluit carum habuit: Ab antecedentibus ſi uiri culpa factum diuortium: & ſi mulier nuntium remiſit tamen pro liberis manere nihil oportet ſi natum eſt morietur. Si multis cumulabat officiis diligebat: colebat. A conſequentibus ſi & ferro ille interfectus & tu inimicus & cum gladio cruento compræhenſus in illo ipſo loco & nemo præter te uiſus eſt & cauſa nemini fuit occidendi & tu ſemper audax quid eſt quod de facinore poſſimus dubitare. Item ut pro opio Cicero quos educere inuitos in prouinciam non potuit eos inuitos retinere qui potuit: Conſequens enim eſt eos qui inuiti duci non potuerunt: Inuitos non potuiſſe retineri. rurſus ſi portorium rhodiis locare honeſtum eſt: & hermocreonti cõducere

& quod discere honestum est: & docere. idem efficit Domitii Afri sententia ego ac cusaui: uos damnastis. Consequensq; natus est: ergo morietur: Ex repugnantibus qui sapiens est: stultus non est: ut Crassi illud non si opimium defendisti Carbo idcirco te bonum ciuem putabant: simulasse te & aliud quidem quæsisse perspicuum ē: quod Gracchi mortem sæpe in concionibus deplorasti: quod P. africāi necis socius fuisti: quod eam legem in tribunatu tulisti: quod semper a bonis dissensisti: & per interrogationem unde per acuta efferuntur enthymemata: de quibus mox. hoc modo paucos ciues metuis occidere: ne respublica intereat nihil allaboras. hunc quem non accusas damnas: & quem de te benemeritum autumas esse male mereri acclamitas? Item id quod scis: prodest: & id quod nescis: non obest. Ex causis. ut Auaritiam si tollere uultis mater eius: tollenda luxuries. Si sapientia bonum uirum facit: bonus uir est utiq; sapiens: ideoq; boni est honeste facere: mali turpiter: & qui honesta faciunt boni: qui turpia mali recte iudicantur. Hoc genus ad exhortandum plurimum ualet: uirtus laudem facit: sequenda igitur, at uoluptas infamiam: fugienda igit᷑ scientia gloriam parit. discendum igitur. Imperitia rerum contemptum gignit: uitanda igitur. Ex effectis non difficile fuerit trahere argumentum: nam ut causa quid sit futurum indicat: ita quod effectum fuerit causa demonstrat. dies est: ergo sol lucet super terram. peperit: ergo cum uiro concubuit: hic locus oratoribus & poetis & quandoq; philosophis ac eis omnino qui ornate & copiose loqui possunt suppeditat mirabilem copiam dicendi cum denuntiant quid ex quaq; re sit futurum: Causarū nāq; cognitio cognitionem facit euentorum suas tamen effectorum causas oportet adducere: nam sicut corpus in lumine umbram necessario facit & ubicūq; est umbra ibi esse corpus ostenditur: ita necessarium non est ut qui coloratus a sole sit. iter quoq; puluerulentum facit: sed non omne iter puluerem mouet neq; quisquis puluerulentus ex itinere est. Ex comparatione maiorum. si bona existimatio diuitiis præstat & pecunia tantopere expetitur. quanto gloria magis expetenda est. Item si quis sacrilegium facit: faciet & furtum. Si adulterū occidere licet: & loris cædere. Ex minore: hic paruæ consuetudinis causa huius mortem fert tam familiariter quid si amasset: quid hic mihi faciet patri: rursus qui facile ac palam mentitur: peierabit. Iterum. si furem nocturnum occidere licet: quid latronem. Ex pari. ut est eiusdem & erripere cōtra rempublicam: & largiri pecunias. iterum. q ob rem iudicandam pecuniam accepit & ob dicendum falsum testimonium accipiet: rursus quæ pena aduersus patris interfectorem iusta est: eadem aduersus matricidam iuste infligitur.

¶ Qui loci quibus congruant quæstionibus.

Memorati hactenus omnes loci ad quæstiones plærasq;: sed alii ad alias aptiores: ad cōiecturā igit᷑ maxīe apta: quæ ex causis: quæ ex effectis: q̄ ex cōiunctis sumi possunt. Ad definitionem autem pertinet ratio: & scientia definiendi atq; huic generi finitimum est illud quod a Cicerone appellatur de eodem & de altero: quod genus forma quædam est diffinitionis. Nam si quæratur sit ne idem pertinacia & perseuerantia: rex & tyrānus. tutor & curator definitionibus iudicandū est. loci autem conuenient in definitione consequentes antecedentes repugnantes & adiuncti: & præterea qui ex causis & effectis: ut si hanc rem illa sequitur: hanc non

sequitur

sequitur. aut si huic rei res illa antecedit: huic non antecedit: aut si huic repugnat: illi non repugnat: aut si huic rei hæc: illius alia causa est, aut si ex alio hoc ex alio illud effe ctum est ex quouis horũ id de quo quæritur idem ne an aliud sit inueniri potest. Ad tertium genus quæstionis in quo quale sit quæritur cadũt quæ in comparatione sũt memorata: quæ expetenda: quæq; fugienda animi corporis & externa cõmoda uel incõmoda. Cum de æquo & iniquo quæritur æquitatis loci colliguntur: qui sunt & na tura & instituto. natura ut quilibet sua tueatur. Instituto aut lege. aut pacto. aut moris uetustate confirmata omnia suggerunt nobis argumenta. itidem pietas. sanctitas. iu sticia aut æquitas amentatas nobis ad ineundũ certamen hastas abunde suppetunt quarto generi cur sit conueniunt omnes qui coniecturæ loci sunt a nobis dicti. De niq; cũ sint quæstionũ genera duo præcipua: unũ infinitũ quod thesim græci: nostri propositum. alterum finitum quod illi hypothesim: nostri causam uocant: ac de pri mo satis multa hoc tempore dictum sit. paucis secundũ quoq; concludamus quod so lum temporis personæ lociq; complexu continetur.

ℂ De quæstione causæ.

REbus itaq; in omnibus argumentamur: aut ex eo quod personis: aut ex eo quod negociis attributũ est: personis quidem attribuũtur nomẽ. natura. ui ctus. forma. habitus. affectio. studia. consilia. facta. casus: orationes. Nomẽ quo singuli nominantur proprio ac certo uocabulo. ab eo sæpe etiam poetæ aliquod sibi assumũt ad probandũ: improbandũue argumentũ: ut Plautinũ illud in bacchidi bus adeon me fuisse fungũ. ut qui illi crederem cũ ipsum mihi nomen eius archide midis clamaret ademptturũ esse si quid crederem. Loci quoq; nomẽ præbet argumẽ tũ: ut idem poeta in fabula quæ Menechmi inscribit̃. propterea huic urbi nomẽ Epi damno inditũ est: quia nemo ferme huc sine damno diuortit̃. Natura aut diuina: aut humana. hũanæ una uirilis: altera muliebris. natio quoq; ut græca: latinaq;: aut barba ra. patria ut Genuensis an Veneta cognatio: ut qui maiores qui consanguinei. ætas pu er an adolescens: uel natu grandior præbent argumentũ. Cõmoda quoq; & incomo da in natura considerant̃ animo corporiue insignita ut ualetudo: imbecilitas. longitu do: breuitas. forma. deformitas. uelocitas. tarditas. acumen. hebetudo. memoria. ob liuio. comitas: officiũ. prudentia. patientia. & contraria. & deniq; talia omnia quæ a natura inuehunt̃: Nam similes parentibus ac maioribus suis sæpe filii credunt̃: ut in de honestæ turpiterq; uiuendi causæ fluant sui quoq; nationibus & gentibus sunt mo res. patria. quoniam ciuitatũ leges sunt: & instituta: & opiniones. sexus. ut latrociniũ facilius in uiro. Veneficium in fœmina credatur. Aetas. quia aliud aliis animis magis conuenit. educatio & disciplina: quoniam refert plurimũ a quibus & quo q̃sq; sit isti tutus. ducit̃ quoq; in argumentum species libidinis ut robur: petulantiæ, atq; in uictu hæc spectabuntur. In fortuna seruus an liber. locuples an pauper. priuatus an cũ po testate & ea iure ne an iniuria. fælix & clarus an contra. quales liberos habeat: & si de mortuo quæritur quali morte decesserit. In habitu ut trahi argumẽta inde possint cõ consideratur animi aut corporis constans & absoluta aliqua i re perfectio uirtutis ar tis ue alicuius perceptio: corporis quoq; aliqua commoditas non natura data; sed studio & industria parta. In affectione animi aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio ut læticia: cupiditas: metus: molestia: morbꝰ: debilitas & id ge nus alia. In studio q̃d ẽ assidua & uæhemẽs uolũtatis i re aliq̃ occupatio: ut grãmatica

rhetorica:geometria:mercatura. In consilio quid adhibuisse uideri potuerit ex eis quæ temptauit aut peregit. In factis. in casu:in oratione. quid fecerit: quid acciderit: aut quid dixerit: hæc ac talia personis deputantur: unde uis argumentorum non parua erui potest. In negociis quid antecesserit: quid in re ostendatur: quid consecutum sit spectatur: causa quoq; omnium consideratur. Capitur argumentum a loco: a tempore: a modo: ab occasione: a facultate: ex opportunitate i quam loci: ex magnitudine: ex interuallo: longinquitate. propinquitate. solitudine. celebritate: & natura loci commoda uel incōmoda ad id perpetrandum de quo est quæstio. In tempore. interdiu an noctu. præsens. præteritum: futurum suggerit argumenta. Nam iamdiu facta in fabularum uidentur numerum peruenisse. Cōsideratur etiam quid ocius & quid ocissime aut contra: uti magnitudo negocii multitudoue melius colligatur. Occasio est tempus habens in se alicuius rei ideadom faciendi: aut non faciendi opportunitatem: ac sicut in tempore spatium. ita in occasione spectatur opportunitas. hæc aut publica. aut communis. aut singularis. Publica ut ludi. dies festi nundinæ. bellum. Commune quod stato fit tempore: ut messis. uindemia. æstus. frigus. Priuatim: ut nuptiæ. funus. conuiuium. somnus. In modo quemadmodum & quo animo factu; sit: auguramur. Cuius partes prudentia & imprudentia. Inscitia. casus. necessitas. In facultatibus quomodo facilius confici uel non confici de quo quæritur potuerit. hi fere: & consimiles sunt loci unde educi fere ad omnem diluēdam quæstionem possunt argumenta.

¶ De Locutione argumentationis.

SVperest ut de argumentationum locutione dicamus. In qua re tractanda ne ex facili difficilem faciamus aggressum multa: meras plane prestitas. omittemus quæ ad argumentandum mentem non modo non explicant aut adiuuant: sed implicant atq; præpediunt. quis nāq; hypotheses suppositiones nominare solent isti citra cuiuspiam traditionem proponere non cognouerit? aut propositas confusa omni abacta barbarie non depræhenderit. Nam proponētem omnis homo est omnis homo quis non cernat falsum enuntiare idq; ex loquendi more terminorum expositionem: uerborum & orationum interpretationem solēt barbari homines appellare: quæ prorsus ridicula sermonumq; laruæ quædam sunt q; ab usu omni remotæ ciuili sint. deinde hæ si quæ paulo remotiores fuerint loquendi cōsuetudines de grāmatica facultate usuq; dicendi clarissimorum auttorum facile percipi possunt: atq; innotescere. ut non Aristotelicum: nō platonicum: non cuiusq; alterius eminētis philosophi iudicium hæc iure attingenda censuerit. facessant ergo ista a nobis quoq; quæ differentibus non tam prosunt q̄ officiunt. Quid porro unam quamq; rem consequatur: aut non consequatur consequentias isti uocant: memorandum existimarem nisi apud prudentes non in quam stolidos me facere uerba cognoscerem: quos modo in uerbis caligo nulla: ambiguitas nulla occurrat quidnam demum potest effugere? Reliquum igitur est ut ea dumtaxat prosequamur: quæ ad argumentationis structuram faciunt: quæ doctissimi etiam philosophi quiq; apiēda putauerunt. quæ eatenus negligenda non sunt quatenus eis q̄uis diluitur ambiguitas si modo certis definitisq; rationibus concludantur: Cum igitur omnis argumētatio rebus: & uerbis constet. ac de rebus satis dictum: super est ut uerba: & uerborum

structuram

ſtructuram oſtendamus. Argumentoſæ igitur cuiuſlibet orationis duæ omnino ſunt partes: nomen: & uerbum: ſiquidem quæcūq; iſtis adiiciuntur non tam partes q̄ partium adminicula & ueluti pedamenta quædam nominanda ſunt. Nomen: ut Plato. Verbum: ut diſputat. ut ſit explicata oratio: plato diſputat. Accidentia orationis ſunt Vniuerſalis. Particularis: Indefinita. Singularis quæ quantitatem exprimūt. Vniuerſalis: ut quilibet homo ē riſibilis. Indefinita: homo eſt riſibilis. Particularis: Eucarpus ratiocinatur. Singularis: hic ambulat. Item ut ſit: aut ſimplex aut connexa. ſimplex ut dies eſt. Connexa: ut ſi dies eſt: nox non eſt. necnon negandi: aut aiendi qualitate: in ſignitur: ut Eucarpus legit. Eucarpus non legit. In quibus omnibus bini conſiderandi ſunt termini: qui ſubiecti ac prædicati nomine iam recepto apud omnes ſolent nuncupari. Eſt autem ſubiectum de quo aliquid dicitur, quod ſubſideat paſſionibus ut Eucarpus ridet: eſt ſiquidem Eucarpus in quo ridendi paſſio. Prædicatum ipſum eſt uerbum in quo incluſa ea paſſio quæ ieſſe cuipiam dicitur. nec audiendi qui trifarie partiuntur orationem in prædicatum: ſubiectum: & copulam. copulam uerbum ipſum iuniores appellando: quid enim magis ridiculum eſt q̄ ita omnem reſoluere orationem: ut pro eo quod eſt Plato diſputat: dicas plato eſt diſputans cōſuetum loquendi modum peruerſe barbare ruſticeq; imutando q̄ enim ridiculum ſit loquendi modum ab iis potiſſimum diſcere uelle qui ipſi loqui neſciāt: nam cum dico plato ſcribit id ſcribit dialogos pro una re ac paſſione accipio quæ de platone dicitur prædicatumq; id totum nominandum ſicut nihilominus cum dico plato eſt philoſophus quippe quod id ipſum eſt philoſophus res una eſt tanq̄ ſit uoce una enunciata. mens ſiquidem humana ita plane concipit non minus q̄ ſi adhuc plures adiicias paſſiones: ut plato eſt philoſophus diſputator egregius. faceſſant ergo nugatoriæ ac prærancidæ tales reſolutiones: quæ orationes enormant: diſputantem implicant: & rerum propemodum nullam ſecum afferunt explicationes atq; commoditatem. Ex iis itaq; connexa oratio enuntiatio nuncupatur. ea in argumentatione ut ſyllogiſmo collocata: ſi in primo loco propoſitio: ſi in ſecundo aſſumptio: ſi in tertio connexio. uel complexio a priſcis linguæ latinæ uiris a iunioribus mendoſe concluſio ſolet appellari. ut ſi quæſtio oriatur ſit ne utilis dialectica: texatur hoc modo epichirema utilis eſt quæuis ſcientia uerum a falſo diſcernens. hæc propoſitio. eſt autem huiuſmodi dialectica: hæc aſſumptio. ergo utilis dialectica. hæc complexio. Omnium porro enuntiationum ex quibus quæ in ſubiectis ſunt paſſiones: Indicantur quædam citra medium ullum fidem faciunt a cunctiſq; hominibus receptæ ſunt. quædam non omnibus. quæ igitur ab omnibus receptæ ſunt quod fidem ſecum ferant nominantur a græcis Axiomata: a latinis autem effata & communes notiones ita nanq; ueteres. Iuniores uero animi conceptiones: quæ porro non omnibus inſident nec ſatis receptæ ſunt: ſed quibuſdam dumtaxat theſes græce latine poſitiones appellantur: quæ unum quodq; aſtruunt diffinitiones dicuntur. quæ uero ex alio aliud pronuntiant communi nomine hypotheſes. Hypotheſum autem quædam ueræ & creditæ ab eo qui diſcit admittuntur ob capiendam ſcientiam. Aliæ non creduntur: quæ itaq; creduntur diſcentibus admiſſæ proprio nomine æquiuoco generi hypotheſes: quæ uero non creduntur petitiones dici ſolent. Ex his igitur orationibus omnes texuntur argumentationes. Argumentationum genera ſunt duo Syllogiſmus ſeu Epichirema græce at latine hoc aggreſſio: ille ratiocinatio & epagoge a græcis dicta: a latinis inductio. ex ſyllogiſmo fit

Enthymema quod cõmentum nominamus sicut ex inductione exemplum atq; similitudo. Syllogismus itaq; ut dictum est oratione siue simplici siue cõnexa constat triplici. Prima propositio. Secunda assumptio. Tertia complexio appellata. qui cum pluribus fiat modis eos longius prosequendos non ducimus: tum quia simplicem arguendi quæris calem (ut rhetores quoq; docent) & sequuntur oratores non per multarum disciplinarum inuios anfranctus te uelis detorquere. tum quia si modo id scire concupiscas possis ex magno nostro opere expectendorum ac fugiendorum per exiguo negocio quicquid uelis tibi depromere in totum omnis argumentationis ratio hoc habet: ut tribus limitibus cõstet uno quem indubitatum esse conuenit altero qui medius est tertio: qui ex consensu fit utriusq;: ut omne animal est substantia animata sensilis: hic caret controuersia. Crocodilus est substantia animata sensilis hic medius limes: extrema connectens. ergo crocodilus est animal hic ex consensu superiorum conficitur: ex syllogismo Enthy mema conficitur. id de propositione aut assumptione concluditur ut si probabile texas argumentum hoc modo æschyne tradenda non est pecunia. quandoq; pecuniam capiens Pisistratus Tyrãnidem occupauit. uel hic noctu obambulat fur ergo est. inductio autem ex pluribus aut exemplis aut similitudinibus conficitur. si de hominibus exempla sunt sin de cæteris similitudines. uelut si fuerit quæstio: an is demum homo dicendus sit generosus qui clarissimo natus genere per inductionem argumentabor hoc modo: quis nam clitellarius mulus generosus est. nonne qui ingentia subuectat honera? quid dorsuarius? non ne qui gressu incedit lenissimo? non qui d estirpe ortus clarissima? Pomu; quod uocabis generosum non ne quod saporis electissimi? nõ quod de pulcherrima arbore? aut deamœnissimo decerptum loco? Ita ergo hominem quem generosum uocaueris? nonne qui uirtutibus nobilitatus est non qui maioribus ortus sit eminẽtissimis. hæc Inductio exemplum est ut a priuato homine Gracchus mediocriter statum Reipu. labefactans impune occisus ẽ. & consul Cicero Catilinã orbẽ terrarũ subuertentem impune nõ occiderit? Similitudo quoq; de rebus eodẽ modo cõparatur atq; extruitur.

¶ Hæc habui Bernarde Saluatice quæ de argumentandi ratione quam tantopere efflagitabas ad te conscriberem: quæ si aliquibus in locis paulominus tibi obuia uidebuntur: debes cogitare nullam esse disciplinam: quæ aliquo nõ egeat interprete. quæ si crebrius repetantur: non dubitem fore tibi apertissima: præsertim si ab huiusmodi exercitatione non abhorreas Vale.

¶ Ratio Argumentandi fæliciter Explicit.

¶ Georgius Valla Placentinus Illustri Principi Alberto pio Carpensi. S.P.D.

ARistippus socratica insignis sapientia philosophus Alberte Carpensis Princeps Inclyte naufragio fortunis dispoliatus suis cum rhodiorum littus a scæua tempestate iactatus tenuisset. Ibi geometricas in terra descriptas figuras offendens ad commites conuersus fertur exclamasse omnibus confidendum: ac bene sperandum esse quod humana obturetur uestigia. nec spe falsus ob singularem nanq; doctrinam multo est honore: munereq; cumulatus Ptolemæo quoq; philadelpho quã carus fuerit honore probatus: donisq; exornatus Eratosthenes ob duplicati cubi quã ei iscripsit inuentionẽ priscorũ monumenta scriptorum docuere. Nec non quantum Marcellus unius syracusis fuerit Archimedis geometrica facultate solertis acumen admiratus ingenii eius militibus suis præscripta ostenderũt. Q d cũ omnia

syracusa n ope


ſyracuſanorum ferro: & flammis ſummittenda eſſe cenſuerit: ſoli huic geometræ: cu-
ius opera tam diu bellum ſyracuſani diſtulerant: & romanis repugnandi acriterq; re-
ſiſtendi cœperant fiduciam: atq; adeo romanam uim belliq; induſtriam alias inui-
ctam repulerant: contuderāt: perfregerant: uoluit tametſi ſpe fruſtratus ignoſci: ac ne
plures alios commemorando in hac parte magiſq; æquum uideatur diutius commo-
remur miſſos facimus alios: apud quos geometria ſciētia nihil fuit antiquius. nec pro
fecto iniuria: quippe quod uſui: & commodo plurimum humani generis cedat: quod
q; uel ipſe clariſſimorum philoſophorum teſtimonio: nulla certior eſſe diſciplina fa-
cile comprobetur: nullaq; ut iam apud omnes receptum doctiſſimos quæ magis ui-
res foueat: augeat locupletet ingenii. Et perinde cum te Alberte Carpenſis Princeps
optime unum tanq̄ artium liberalium eminenti ſpecula poſitum omnes admiren-
tur: bonis extremis inſignem corporis dotibus omnibus egregium: ut non modo ab
Aldo tuo uiro plane integerrimo de te nobis admiranda prædicante: ſed & iam alio-
rum fama percelebri hauſimus: accepimus: uti animi quoq; uirtutibus undecunq; mi
rificum: philoſophiæq; imprimis cupidiſſimum ad quam tenendam citra mathema
ticas præſtantiſſimorum omnium philoſophorum conſenſu aſpirare poteſt nemo.
Iure tibi Euclidis quartumdecimum elementorum uolumen: quo latini carebamus
quod nuper latinum fecimus tibi deſtinandum: interpretemq; ei adiiciendo Hypſi
clem eximium philoſophum: quo aſtrologiam quoq; ad quam a geometria certiſſi-
mus ē acceſſus attīgas latinos a nobis factos Nicephori: & Procli Lycii de fabrica uſ-
uſuque Aſtrolabi libellos mittendos eſſe putauimus. In qua re ſi ſtudium induſtriāq;
noſtrā tibi placuiſſe cognouerimus: alia huic muneri accedere cōſtituemus. Vale.

ℭ Hypſiclis ideputatū Euclidi uolumen Interprete Georgio Valla Placentino.


BAſilides Tyrius o Protarche cum ueniſſet alexandriā: patriq; no-
ſtro familiaris ſubſtitiſſet: de mathematicarum ſcientiarum con-
ciliata beniuolentia: quo tempore urgebat peſtilentia diu cū ipſo
uerſatus eſt: perſcrutando quandoq; quod ab Apollonio ſcriptū
eſſet de habita comparatione dodecahedri: & Icoſahedri in ea-
dem ſpæra deſcriptorum: quam inter ſe inuicem habeant propor
tionis rationem. Q uia uiſus eſt hæc Apollonius non recte de-
ſcripſiſſe ipſi hæc: ut a patre meo erat audire enucleantes pſcripſerāt. Poſterius ego ī
terueni editum alium ab Apollonio librum proferens: qui demonſtrationem com-
plectitur eius: quod obiectum foret: qui in quæſtionis indagatione uæhementer ga-
uiſi ſunt. uiſum eſt ab Apollonio editum: nam circumfertur: communiter conſidera
re Q uod autem a nobis uiſum eſt. Accurate diligenterq; conſcriptum: quæcunq; co
mentationis gratia depræhendi tibi depromenda eſſe exiſtimaui. Q uodq; dicturus
eſſem unus miræ ſolertiæ ob mathematicarum omnium: præcipue autem geometricæ
cognitionem egregie poſſis iudicare. Ab conſuetudinem uero quam cum patre no-
ſtro contraxiſti: & beniuolentiam: quam benigne conciliaſti: quæ tradam audituro:
tempus fuerit: ut ab exordio ſuperſedere itaq; ſtruximus exordiri.

ℭ A centro circuli alicuius in pentagoni latus in eodem circulo inſcriptis per-
pendicularis acta dimidia eſt ſimul utriuſq; eius quæ ex centro: & eius quæ de-
cagoni in eodem inſcriptorum circulo. Sit Circulus a. b. c. Et in a. b. c.

circulo pentagoni æquilateri latus b.c. Capiaturq; centrum circuli. d. & in b.c. ꝑpédicularis agat̃. d.e. ꝑducaturq; in rectas lineas d.e. recta linea d.e.f. aio d.e dimidiũ eẽ lateris hexagoni: & decagoni i eodem circulo descriptorum. Coniungatur cũ d.c.e.f. ponaturq; e.f. æq̃lis g.e. & ab g. in. c. coniungatur g.c. quia quintuplũ est totius circuli circunferentia ipsius d.f. c. circunferentiæ: & est totius circuli circunferentiæ dimidia a. c.f. sed ipsius b.f.c. dimidia f.c. & a.c.f. ergo circunferentia quintupla est ipsius f.c. circunferentiæ quadrupla ergo est a.c. ipsius f.c. ut autem a.c. ad f.c. Ita qui. sub a.d.c. ad eum qui sub f.d.c. angulũ: quadruplus ergo est qui sub a.d.c. eius qui sub f.d.c. at qui duplus qui sub a.d.c. eius qui sub e.f.c. duplus ergo etiam e.f.c. ipsius g.d.c. At qui est qui sub e.f.c. æqualis ei: qui sub e.g.c. duplus ergo qui sub e.g.c. eius q sub g.d.c. æq̃lis ergo d.g. ipsi g.c. At qui g.c. ipsi f.c. est. Aequalis ergo etiam d.g. ipsi f.c. Est autem etiã. g.c. ipsi e.f. æqualis: ergo æqualis d.e. utriq; e.f.c. cõmunis ponatur d.e. utraq; ergo d.f.c. dupla ipsius d.e. & est d.f. quidẽ æqualis lateri hexagoni. at. f.c. æqualis lateri decagoni. Ergo d.e. dimidia est lateris hexagoni: & decagoni in eodem circulo descriptorum. ex his manifestũ ex præceptis: quæ in tertiodecimo libro elementoꝝ quod a centro circuli in latus trianguli æq lateri perpendicularis acta dimidia est eius quæ ex centro circuli.




℄ Circulus idem comprændit dodecahedri pentagonum: & icosahedri triangulum in eadem sphæra inscriptorum. hoc scribitur ab Aristero in libro cuius index quinq; figurarum comparatio. At ab apollonio in secunda comparationis editione dodecahedri ad icosahedron. quod est ut dodecahedri superficies ad icosahedri superficiem: ita etiam ipsum dodecahedrum: ad icosahedrum quod sit eadem perpendicularis a centro sphæræ ad dodecahedri pentagonũ & icosahedri triangulum nobis quoq; scribendũ est quod idẽ circulus cõpræhendit dodecahedri pentagonũ: & icosahedri triangulũ in eadem sphæra descriptoꝝ hocce præscripto. Si in circulo pẽtagonũ æquilaterũ inscribatur quod a latere pentagoni: quodq; ab ea quæ sub duobus lateribus pentagoni subtensa recta linea quintuplum erit eius quod ab ea quæ ex centro circuli: Sit circulus a.b.c. & in a.b.c. circulo pentagoni latus sit a.c. capiaturq; centrum circuli. d. & i. a.c. perpendicularis d.f. & ꝑducatur in b.e. & connectatur a.b. Aio quæ ab b.a. A.c. quadrata quintupla esse eius quod ab d.e. quadrato cõiungatur a.e. dodecagoni: ergo a.e. & quia dupla est b.e. ipsius b.d. quadruplum ergo quod ab b.e. eius quod d.e. ei autẽ quod ab b e æqualia sunt quæ ab b.a.. a e. quadrupla ergo quæ ab b.a. e eius quod ab. b.d.e. quintupla autẽ quæ ab d.e.e.a. æq̃lia sunt ei quod ab a.c. quintupla ergo sunt quæ ab b.a. A.c. eius quod ab d.e.




℄ Hoc demonstrato: demonstrandũ ut idẽ circulus comprændit dodecahedri pentagonum: & icosahedri triangulum in eadem sphæra inscriptorum ponatur sphæræ diameter a.b. inscribaturq; in eadem sphæra

dodecahedrũ


dodecahedrum: & icosahedrum. Sitq; unum quidem dodecahedri pentagonum c.d.e.f.g. Icosahedri autem triangulum k.l.h. aio quod quæ ex centris circulorum




quæ circa ipsa æqualia sunt: hoc est quod idem circulus cōpræhendit c.d.e.f.g. pentagonū & k.l.h. triangulū coniungat d.g. cubi ergo latus d.g. ponatur nimirū quæpiā recta linea. m.n. ut sit quintuplū quod ab a.b. eius qd' ab. m.n. Est autem etiā sphæræ diameter potētia quintupla eius quæ est ex centro circuli a quo icosahedrū descriptū est. secet m.n. extrema: & media ratiōe. m.x. sitq; maius segmētū m.x. decagoni: ergo m.x. & quia quītuplū quod ab a.b ipsius m.n. triplum autem quod ab b.a. eius quod ab d.g.



tria ergo quæ ab .d.g. æqualia quinq; quæ ab m.n. ut aūt que ab d.g tria: ad tria quæ ab.c.g. Ita quinq; sunt: quæ ab m.n. ad qnq; quæ ab m.x. Quinq; ergo quæ ab k.l. æqualia sunt tribus quæ ab d.g. & tribus quæ ab c.g. At qui



quinque quidem quæ ab k.l. æqualia. Sunt autē etiā quinq; eis que ab illis quæ ex centro circumscripto circa k.l.h. triangulū circuli. At tria quæ ab d.g. & tria quæ ab c.g. sunt æqualia decem & quinq; eis quæ ab c.a. quæ ex centro circūscripti circuli circa c.d.e.f.g. Nam prius demōstratū




quæ ab d.g. cū eo qd' ab c.g. quintupla eius quod ab. ea quæ ex centro circūscripti circa pentagonū c.d.e.f.g. quindecim ergo que ab ea: quæ ex centro æqualia sunt ipsis xv. quæ ab ea quæ ex cētro æquale: ergo est uni eorū quæ ab ea: quæ ex centro ergo dimetiēs. quæ & diameter appellatur æqualis est diametro. Idem ergo circulus cōpræhendit dodecahedri pētagonum: & icosahedri triangulum in eadem sphæra inscriptorū.

¶ Si fuerit pentagonum æquilaterum: & æquiangulum: & circa ipsum circulus & a centro perpendicularis in latus unum acta fuerit trigesies sub uno latere & perpendiculari æquale est dodecahedri superficiei. sit pentagonum æquilaterum: & æquiangulum a. b.c.d.e. & circa pentagonum circulus: & capiatur centrum f. & ab f. in c.d. perpendicularis agatur f.g. aio trigesies sub c.d. f.g. æquale duodecim pentagonis: quæ sunt a.b.c.d.e connectantur e.f. F.d. quia quod sub c.d.g.f. duplum esse ipsius e.d. f. trianguli. Ergo quinquies sub c.d.f.g. decem sunt triāgula æqualia.



Atqui decem triāgula duo sunt pentagona: & quinq; sexies: quod ergo trigesies sub c.d.g.f. æquale est duodecim pētagonis. Duodecim autem pentagona dodecahedri sunt superficies: quod ergo trigesies sub c.d f.g. æquale ē dodecahedri



p 17. tertij decimi: & 4. eiusdē

p corellarium. 16. tertij decimi elemētorum


p 9. tertij decimi.

p corellariū 16. eiusdem

p 17. tertij decimi


ſuperficiei ſimiliter demonſtrabimus quod etiam ſi fuerit triangulum æquilaterum ut a.b.c.& circa ipſum circulus & centrum circuli.d.perpendicularis d.e.trigeſies ſub b.c.d.e.æquale eſt icoſahedri ſuperficiei.quia enim rurſus quod ſub.d.e.duplum eſt ipſius a.b.c.duo ergo triangula ſunt æqualia ei quod ſub d.e.b.c.quindecim.tres ſex ergo triangula d.b.c.æqualia ſunt tribus ſub d.b.c.Sex autem triangula ut d.c.b.æqualia ſunt duobus a.b.c.& quindecies. Ergo trigeſies ſub d.b.c.æquale eſt uiginti a.b.c.triangulis hoc eſt icoſahedri ſuperficiei.Itaq; erit ut dodecahedri ſuperficies ad icoſahedri ſuperficiem.Ita quod ſub c.d.f.g.ad id quod ſub b.c.d.e.ex hoc manifeſtum:quod ut dodecahedri ſuperficies ad icoſahedri ſuperficiem. Ita quod ſub latere pentagoni:& ſub ea quæ ex centro circuli circa pentagonum acta in ipſam perpendiculari ad id quod ſub latere icoſahedri:& ea quæ ſub cētro eius quod circa triangulū circuli in ipſam acta perpendiculari in eadem ſphæra inſcriptorum icoſahedri & dodecahedri.

¶ Hoc certe depræhenſo demonſtrandum quod erit ut dodecahedri ſuperficies ad icoſahedri ſuperficie;ita cubi latus ad icoſahedri latus:ponatur circulus compræhendens dodecahedri pentagonum:& icoſahedri triangulum.In eadem ſphæra inſcriptorum d.b.c.& inſcribatur in d.b.c.circulo trianguli æquilateri latus c.d.Pentagoni autem a.c.capiaturq; centrum circuli e.& ab e.in d.c.C.a.perpendiculares ducantur e.f.g.e.& producatur in rectas lineas ipſius e.g.recta linea g.b.& connectatur b.c.ponaturq; cubi latus g.h.aio eſſe:ut dodecahedri ſuperficies ad icoſahedri ſuperficiem.Ita h.ad c.d. Nam quia utriuſq; e.b c.extrema:& media ratione ſecta maius ſegmentum eſt b.e.eſtq; ſimul utriuſq; ipſius e.b.c.dimidia e.g.Ipſius autem b.e.dimidia e.f.& ipſius e.g.ergo extrema:& media ratione ſecta maius ſegmentū eſt e.f.Eſt autem etiam ipſi h.extrema & media ratione ſecta maius ipſius ſegmentum c.a ſicut in dodecahedro demonſtratum eſt:ut ergo h.ad c.a.Ita e.g.ad e.f.æquale:ergo quod ſub h.f.e.



ei quod ſub c.a.e.g.Et quia eſt ut h.ad.c.d.Ita quod ſub h.e.f.ad id quod ſub c.d.f.e.eiſ autem quod ſub h.e.f.æquale eſt quod ſub c.a g.e.ut ergo h.ad c.d. Ita quod ſub c.a.g.e ad id qđ ſub c.d.f.e.hoc eſt ut g.dodecahedri ſuperficies ad icoſachedri ſuperficiem.ita h.ad.c.d.


¶ Aliter demonſtrandū qđ eſt ut dodecahedri ſupficies ad icoſahedri ſupficiē:ita cubi latus ad icoſahedri latus huiuſce pſcripti:ſit circulus a b c inſcribanturq; circulo a b c pentagoni æquilateri latera a b.a c:& coniungatur b c:& capiatur centrum circuli d & ab a in d.connectatur recta linea d e ponaturq; ipſius a d rectæ lineæ dimidia d f.at g c ipſius c h tripla ſit:aio qđ ſub a f b h æquale eſſe pentagono.Nam ab b in d coniungatur b d quia dupla ē a d ipſius d f.Seſqualtera ergo eſt ipſius a d quæ a f rurſus quia tripla ē g c ipſius c h.dupla uero g h ipſius h c ſeſqualtera ergo eſt g c ipſius h g:ut ergo f a ad a d ita c g ad g h æquale ergo eſt qđ ſub a f h g ei quod ſub d a c g.At c g ipſi b g æqualis ē



quod


quod ergo ſub a d b g æq̃le eſt ei qđ ſub a f h g quod aũt ſub a d b g duo ſũt triangula ut a b d & qđ ſub a f g h ergo duo ſunt a b d. quiq; ergo quæ ſub a f g h decẽ ſũt tri/angula atq decẽ triãgula duo ſunt pentagona. quiq; ergo quæ ſub a f g h duobus pen tagonis æq̃lia ſunt: & qa dupla eſt g h ipſius h c quod ſub a f g h duplũ eſt eius quod ſub a f h c duo ergo quæ ſub a f h c æq̃lia ſunt uni qđ ſub a f h g qnq; eis quæ ſub a f g h. hoc eſt duo pentagona ꝓinde quiq; quæ ſub a h. H c æq̃lia ſunt uni pentagono. Atqui qnquies quæ ſub a f h c æqualia ſunt ei quod ſub a f h. b quia qntupla eſt h b ipſius h c & cõmune faſtigium eſt a f quod ergo ſub a f b h æquale ẽ uni pentagono.

¶ Hoc patefacto nunc ponatur circulus compræhendens dodecahedri pẽtagonũ & Icoſahedri triangulum ĩ eadem ſphæra inſcriptorum: & inſcribantur in a b c circu/lo pentagoni æquilateri latera b a, a c & coniungatur b c & capiatur centrum circuli e & ab a in e cuniungatur a e & producatur a e in f & erit a e ipſius e g dupla. ſed tripla K c ipſius c h & ab g ipſi a f ad rectos angulos d m. Trianguli ergo eſt æquilateri. d K æquilaterũ ergo eſt a d K triangulum & quia quod ſub a g h b æquale eſt pentagono at quod ſub a g d triangulo eſt ergo ut quod ſub a g h b ad id quod ſub d g a. Ita pen tagonum ad triangulum ut autem quod ſub b h a g ad id quod ſub d g a b h ad d g &




ut ergo duodecim h b ad uiginti d g ita duodecim pẽ tagona ad uiginti triangula hoc eſt dodecahedri ſup ficies ad Icoſahedri ſuperficiem eſtq; duodecim qui/dem b h decem uero b c: Nam b h ipſius h c eſt quí/tuplũ: at b c ipſius h c ſexcuplum duodecim ergo quæ b h æquales ſunt decem b c ſed uiginti d g d e & uigiti quæ d K dupla ergo d K ipſius d g ut ergo d e & b c ad decem ipſas d K hoc ẽ ut b c ad d k. Ita dodecahedri ſu perficies: ad icoſahedri ſupficiem: & eſt b c quidẽ cubi latus ut d k icoſahedri ſupficies: & ut ergo dodecahe dri ſupficies ad icoſaedri ſupficiẽ. ita b c ad d k. Hoc ẽ cubi latus ad icoſahedri latus.

¶ Demõſtrandũ quod etiã recta linea quacũq; ſecta extrema: & media ratiõe quã rationẽ habet quæ põt qđ ab tota: & qđ a maiore ſegmẽto ad potentẽ: qđ ab tota & a minore ſegmẽto hãc hẽt rationẽ cubi latus ad icoſahedri latus. ſit cubus. a. b. cõ/præhendẽs dodechahedri ꝑẽtagonũ: & icoſahedri triãgulũ ĩ eadẽ ſphæra inſcripto rũ: & capiat᷑ centrũ circuli. c. & ꝑducat᷑ quæpiã ab c. utcũq; recta linea. b. & ſecet᷑ ex trema: & media ratiõe in d. & maius ſegmẽtũ ẽ c. d. decagoni ergo ẽ latus c. d. ĩ eodẽ circulo deſcripti ponat᷑ nimiꝝ icoſahedri latus: ẽ dodecahedri aũt f. cubi uero g ergo e. triãguli æq̃lateri ẽ latus at f. pẽtagoni eodẽ ĩ circulo iſcripti at f. maius ẽ ſegmentũ & quia e. æqualis eſt lateri æquilateri trianguli. At qui trianguli æquilateri latus po/



tentia triplum est ipsius b c.triplum ergo ē quod ab e eius quod ab b c. Atqui etiam sunt quæ ab b c d tripla eius quod ab c d. & .econuerso: ut ergo quod ab e ad ea quæ ab c b.B d.ita quod ab c b ad id quod c.d ut aūt quod ab b.c.ad id quod ab c.d. Ita est quod ab g.ad id quod ab.f.maius ergo est segmentum. f.q̄ g.& ut ergo quod ab e.ad ea quæ ab c b.B d.ita quod ab g.ad id quod ab f. & mutuo etiam ediuerso: ut ergo quod ab g.ad id quod ab e. Ita quod ab f. ad ea quæ ab.c.b.B.d. ei autem quod ab b.æqualia sunt quæ ab b.c.d. Nam pentagoni latus.potest hexagoni latus & decagoni:ut ergo quod ab g.ad id quod ab e.ita quæ b c.d. ad ea quæ ab c.d.b:ut autem quæ ab b.c.d.ad ea:quæ ab c.d.b.Ita recta linea quacunq; extrema:& media ratione secta:quæ potest quod ab tota & a maiore segmenio ad eam quæ possit quod ab tota:& quod a minore segmento:& ut ergo quod ab g. ad id quod ab e:ita recta linea quacunq; extrema & media ratione secta potens quod ab tota:& quod a maiore segmento ad eam quæ possit quod ab tota:& quod a maiore segmento:ad eam quæ possit quod ab tota .& quod a minore segmento: & est g. quidem cubi latus: ad e.icosahedri.Si ergo recta linea extrema:& media ratione secta fuerit:erit ut quæ potest totam:& maius segmentum ad eam quæ possit totā:&minus segmentum: Ita cubi latus ad icosahedri latus in eadem sphæra iscriptorum.

Ut qđ ab g.ad id qđ ab e. ita q̄dratū.qđ eq̄le eis que ab ipsa b.c.C.d ad q̄dratum qđ equale ab b c b d




hoc nāq; dēmōstratū ē ut hic sta a theodosio

℃Demonstrandum quod ut cubi latus ad icosahedri latus:ita solidum dodecahedri ad solidum icosahedri:nam quia æquales circuli comprætendunt dodecahedri pentagonum:& icosahedri triangulum in eadem sphæra inscriptorum:at in sphæris æquales circuli æqualiter a centro absunt.Nam a centro sphæræ ad circulorum plana perpendiculares actæ sunt æquales:& in centra circulorum cadunt.Itaq; a centro sphæræ ad centrum circuli comprætendentis icosahedri triangulum:& dodecahedri pentagonum æquales sunt hoc est perpendiculares.æqualis ergo fastigii sunt pyramides quæ bases habent dodecahedri pentagona & ipsæ bases habentes icosahedri triangula.At æqualiter fastigiatæ pyramides ad se inuicem sunt:ut bases:ut ergo pentagonum ad triangulum:ita pyramis cuius basis est quidem dodecahedri pentagonum. uertex autem centrum sphæræ ad pyramida cuius basis quide m est icosahedri triangulum.uertex uero centrum sphæræ:& ut igitur duodecim pentagona ad uiginti triangula:ita duodecim pyramides pentagonas bases habentes ad uiginti pyramidas triangulas bases habentes:& duodecim pentagona dodecahedri superficies ē.Viginti autem triangula icosahedri superficies est.ergo est ut dodecahedri superficies ad icosahedri superficiem.Ita duodecim pyramides pentagonas bases habentes ad uiginti pyramidas triangulas bases habentes.suntq; duodecim quidem pyramides pētagonas

p°6.duodecimi

tagonas bases habentes solidum dodecahedri. Viginti uero pyramides triangulas bases habentes solidum icosahedri. Et ut igitur dodecahedri superficies ad icosahedri superficiem; Ita solidum dodecahedri ad solidum icosahedri: ut autem superficies dodecahedri. ad superficiem icosahedri ita demonstratum est cubi latus ad icosahedri latus. Et ut ergo cubi latus ad icosahedri latus. Ita solidum dodecahedri ad solidum icosahedri: & quæ sequuntur.

¶ Quod si duæ rectæ lineæ extrema: & media ratione sectæ fuerint in proportione sunt subiecta demonstrabimus hoc pacto. secetur enī a. b recta linea extrema: & media ratione in. c. eius maius segmentum sit a. c. similiter autem etiam extrema: & media ratione secetur in f. & maius ipsius segmentum sit d. f. aio esse ut totam a. b. ad maius segmentum ipsius a c. ita totam d. e. ad maius segmentum d. f. Nam quia



quod sub a. b. c. æq̄le ē ei qđ ab a. c. quod aūt sub d. e f. æq̄le ē ei qđ ab a b. c. æq̄le ē ei qđ ab a c. at qđ sub d. e f. æq̄le ē ei quod ab d. f. ē ergo ut quod sub a. b. c. ad id qđ ab a. c. ita quod sub d. e. f. ad id qđ ab d. f. & ut quod quater. ergo a. b. B. c. ad id quod ab a. c. est. Ita quod quater sub d. e. E. f. ad id quod ab d. f. & componendo est: ut quod quater sub a. b. c. cum eo quod ab a. c ad id quod a. c. Ita quod quater sub d. e. f. cū eo quod ab d. f. ad d. f. Proinde etiam ut quod ab simul utroq; ipsius d. e. f. ad id quod ab d. f. & longitudine: ut simul utraq; a. b. c. ad a. c. ita simul utraq; d. e. f. ad d. f. componendo ut utraq; a. b. c. cum ipso a. c. ad ipsam a. b. ita simul utræque d. e. f. cum ipsa d. f. ad d. f. hoc est duæ d. e. ad d f. & præcedentium dimidia. hoc ē ut a. b a. d a. c. ita d. e. ad. d. f.

Atq̄ q̄ter sub ab b. c cū eo q̄ ab ipsa. a c eq̄le ē ei q̄d a b ꝛ reliquo segmēto b c uidelicet ut una dscriptio q̄drato p 8. secundi libri

p. 17. sexti

ab b c cū a c due sūt a b nā a c admittēs b c eq̄lis ē ipsi a b itidē ēt d f admittēs f e eq̄lis fit ipsi d. e.


¶ Demonstrato nimirum hocce quod recta linea utcūq; extrema: & media ratione secta: quam rationem habet quæ potest quod ab tota: & quod a maiore segmento hanc habet cubi latus ad icosahedri latus. hoc utiq; demonstrato quod ut cubi latus ad icosahedri latus: ita dodecahedri superficies ad icosahedri superficiē i eadem sphæra inscriptorum. hocce etiam proposito ut dodecahedri superficies ad icosahedri superficiem etiam ipsum dodecahedrum ad icosahedrum quod sub eodem circulo cōprehendatur tam dodecahedri pentagonum: q̄ icosahedri triangulum: non dubium quin si in eadem sphæra inscribatur dodecahedrum: & icosahedrum rationem habeant rectæ lineæ qualiscūq; extrema mediaq; ratione sectæ quæ potest quod a tota: & a maiore segmento ad eam quæ potest quod a tota: & a minore segmento. Cum hæc & nobis cuncta percepta sint non dubium quin si in eadem sphæra inscribatur dodecahedrum: & icosahedrum. dodecahedrum ad icosahedrum rationem habebit: quam recta linea qualicūq; extrema & media ratione secta. quæ potest totam etiam minus segmentum. Nam quia est: ut dodecahedrum ad icosahedrum: ita dodecahedri superficies ad eam quæ icosahedri. ut uero dodecahedri superficies ad icosahedri superficiem: ita cubi latus ad icosahedri latus: ut autem cubi latus ad icosahedri latus. ita est recta linea quacūq; extrema: & media ratione secta: quæ totam potest: & maius segmentum: ad eam quæ possit totam: & minus segmentum; ut ergo dodecahedrū ad icosahedrum in eadem sphæra inscriptorum. ita recta linea qualicūq; extrema: & media ratione secta: quæ potest totam & maius segmentum ad eam quæ potest totam & minus segmentum.

Nā quia ipsi ab b c cum a c. eq̄le ē a b itidē ēt ipsi d e. e f cū d f dimidium d e ptes itidē multiplicibus eandez habebūt rationez


¶ Hypsiclis Interpretatio fæliciter explicit.


Euclidis elementorum quartus decimus liber.
Georgio Valla Placentino Interprete.

AD datū cubum pyramida describere. ē datus cubus a b. c d. e f. g h. in quo oportet pyramida inscribere cōnectantur a. c. A. e. g. e. a. h. e. h. h. c. nō dubium quin a e. c a. h e. a h c. triangula sint æquilatera nam quadratorum sunt diametri latera pyramis: ergo est a e. c h. & inscribitur dato cubo. In data pyramide octahedrum describere: sit data pyramis a b. c d. & secetur bifaria; ipsis e f. g h. k l. punctis & coniungantur h k. k l. e f. f g. & reliquæ: &



quia a b. dupla est utriusq; ipsarum h K. g f. æqualis ergo est h k. ipsi g f. & parallelus. similiter etiam h g. ipsi f K. æqualisq; est: & parallelus. æquilaterum ergo est h K. f g. aio etiam & rectangulum. nam si ab K l. perpendiculares agantur in plana e f. b g. f c. e g. e f. h K. K l. d g. l g. Itidem demonstrabimus quæ in h. k. f g. quadrati æquilatera. In dato cubo octahedrum inscribere. Sit datus cubus a. b. c. d. e. f. g. h. Et capiantur centra insidentium quadratorum k l. m n. n K. Aio K. l. m. n. quadratum esse ducatur nanq; ipsi K l. parallelus x o. p o. quia igitur dupla est p o. ipsius h K. at x o. ipsius h l. equalis est eius quod ab l h. & perinde etiam h K. ipsi h l. quod ergo ab K l. duplum est eius quod ab h l. & perinde utiq; etiam quod ab m r. duplum est ipsius l x. æquale ergo quod ab K l. ei quod ab m. l, æquilaterum ergo est K l. m n. manifestum quoq; quod &







rectangulum capiantur ipsi b d. e g. bina quadrata centra r s. & connectantur r l. r. m r k. r n. f c. f l. f n. non dubium quin æquilatera sint facientia octahedrum triangula: nam eadem ratione demonstrauimus.

In dato

¶ In dato octahedro cubum describere capiantur eorum quæ sunt circa a b c. a c d. a b e triangula circulorum centra K h. K l. & coniungantur g h. g K. l K. Aio quod g h. K l. quadratum est agantur per g h. K l. ipsis b c. b e. c d. c e. paralleli m o. m n. n x. x o. quia igitur æquilaterum est a. b. c. triangulu; quæ ab a. in h. centrũ eius q est circa a b c. triangulũ circuli bifariam scindit eá quæ ad a ipsi a. b. c. trianguli æqualis ergo n h. ipsi m h. Et perinde æqualis est etiam n h. ipsi h g. æqualis. ergo etiam h. m. ipsi g m. Quoniam etiam h. m. ipsi m n. æqualis est & rectus qui sub g. m. h. ex quo manifestum quod g h. æqualis est ipsi g K. & perinde etiam reliquæ. Quia igitur parallelo grammum est g. h. k. l. in uno est plano: & quia dimidius est uterq; sub g. h. K. n. h. l. rectus reliquus ergo qui sub K. l. h rectus est. itidem & reliqui. Quadratum ergo est. g h. K l. possibile ergo a principio sumpta g. h. K l. centra & parallelos agentia m n. n x. x o. o m Connectere g h. h. l. l K. k g. ac dicere g h. k l. quadratum. Si utiq; capiamus reliquorum triangulorum centra: & connectamus eadem demonstrabimus reliqua quadrata habebimusq; in dato octahedro cubum inscriptum quod facere oportebat.



¶ In dato icosahedro dodecahedrum inscribere ponatur pentagonum icosahedri a. b. c. d. e. & centra circulorum circa a f e. a f b. b f c. f c d. d f e. triágula g. h. k. l. m n. & coniungantur g h. h k. k l. l m. m n. & rursus coniungantur f g. f h. f k. producantur in x. n o. bifariam secent eam a b. b c. x n o. punctis: & ut n x. ad



n o. ita. g h. ad h. k. æqualis ergo etiam h n. ipsi o m. similiter etiam reliquæ ipsius g h. k l m. pentagoni latera æqualia demonstrabuntur atque etiam æquiangula

Nā quia duo n.x.nō apud duas g.h.h.k.æquales angulos compræhendūt etiam reli qua manifesta intelligantur ab.f.in ipsius a.b.c.d.e.f.septanguli planum ppendicu laris acta quæ cadet in centrum circuli:qui circa pentagonum si utiq; ab n. in punctū in quod cōiicit quæ ab f.perpendicularis:cōnectemus etiā p h parallelū ipsi agemus. non dubium quin committat ei quæ ab f.perpendiculari: & ab e. parallelus rectum angulum compræhendet cum ea quæ ab f.perpendiculari. Rursus si connectamus ab ipsis f.g.in centrum eius circa a.b.c.d.e.pentagonum circuli: & ad punctum in quo committitur qui ab h.ei qui ab g.cōiunctus rectus: quem cum ipso compræhen dit.non dubium quin in uno sit plano g.h.k.l.m pentagonum.

¶ Nec nos lateat quod si quispiam dicat nobis quot latera habet icosahedrum.hoc pacto occurremus.non dubium quin sub uiginti triangulis compræhendatur icosa/ hedrum:quodq; unumquodq; triangulum sub trinis rectis lineis compraendatur. Oportet igitur nos multiplicare uiginti triangula in latera trianguli fiunt uero sexagi ta:quorum dimidium est triginta.similiter etiam in dodecahedro. Rursus qa duo/ decim pentagona compræhendunt dodecahedrum.rursus quodlibet pentagonum habet quinq; rectas lineas facimus duodecies quinq; fiunt sexaginta.rursus dimidi/ um est triginta. Cur autem dimidium facimus:quia quodlibet latus etiam si fuerit triangulum:aut pentagonum:aut quadratum:ut in cubo ex secundo capitur. Itidem eadem disciplina & in cubo & in pyramide:& in octahedro eadem faciendo late/ ra inuenies. Quod si rursus uelis cuiuslibet quinq; figurarum angulos inuenire ea/ dem porro faciendo dirime per plana unum compræhendentia angulum solidi: ut quia icosahedri angulum compræhendunt quinq; triangula diuide per quinq; fi/ unt duodecim anguli icosahedri. At in dodecahedro tria pentagona compræhen/ dunt angulum.partitor per tria tum habebis angulos uiginti qui sunt dodecahedri. Similiter etiam in reliquis inuenies angulos. Quæsitum est quo pacto in qualibet quinq; solidarum figurarum unum planum qualecumq; datum compræhendenti/ um.Comperitur etiam declinatio in quam inclinantur ad se inuicem compræhen/ dentia plana quamuis figuram. inuentio autem: ut Isidorus noster insignis magi/ ster enarrabat habet hunc modum quod in cubo prectū angulū compræhendentia ipsum plana inter se inuicem perspicuum est.In pyramide uero exposito uno trian/ gulo centris terminis unius lateris.interuallo autem a uertice in basim perpendiculari acta ambitione:quam circumferentiam dicimus describere secent se inuicem: & a sectione centra cōnexæ rectæ lineæ compræhendent declinationem planorum py/ ramidem compræhendentium.In octahedro autem a latere trianguli descripto qua drato centris limitibus diagoni. Interuallo autem similiter trianguli perpendicula/ ri describantur circumferentiæ:& rursus a communi sectione ad centra connexæ re/ ctæ lineæ compræhendent desinentem in duos rectos quæsitæ inclinationis.In Ico sahedro autem a latere trianguli descripti pentagoni. connectatur subtensa duobus lateribus recta linea:& centris limitibus ipsius.Interuallo autem trianguli perpendi/ culari circumferentiis describentibus quæ a communi sectione in centra connexæ cōpræhēdent desinentē:similiter in duos rectos inclinationis icosahedri planorū. At ī dodecahedro exposito uno pētagono cōnexa similiter sub duob⁹ laterib⁹ subtē sa recta linea cētris limitib⁹ ipsius.iteruallo āt acta ppēdiculari a bifariā ipsius facta

Anguli 20. triangulorū 60.

sectione


ſectione in parallelũ ipſi latus pentagoni deſcribantur circumferentiæ: & a puncto in quo committuntur inuicem inter ſe ad centra connexæ: ſimiliter comprȩhendẽt deſinentem in duos rectos inclinationis planorum dodecahedri.

¶ Hoc pacto itaq; iam a nobis dictus uir clariſſimus de memoratis reddidit rationem in quouis euidenti patefacta demonſtratione: in quo aperta fuit in ipſis demõſtrata inſpectio. ſingulorum ipſe rationem exponam: & primum in pyramide. Intelligatur igitur pyramis ſub quatuor æqlateris comprȩhenſa triangulis. a. b. c d. ipſius a. b. c. baſis intellecto. uertice autem. d. & ſecto a. d. latere bifariam in. e. connectantur b. e. E. c. & quia æquilatera ſunt a d b d c. triangula & bifariam ſecta ſunt a d b e c e. ergo ſunt perpendiculares in a d. Eſt inquam qui ſub b e c angulus acutus. Nam quia dupla eſt. a. c. ipſius a e quadruplum ẽ quod ab a c eius quod ab a e: ſed qđ ab a c æquale eſt eis quæ ab a e. E c. quorum quod ab a c. ad id quod c e rationem habet quam d ad c. eſtq; æqualis c. e ipſi e b quod ergo ab b c. minus eſt eis quæ ab b e. e c. acutus ergo eſt qui ſub b e c quia igitur duorum planorum a b d. a d c. communis ſectio eſt a d: & communi ſectione ad rectos angulos ſunt rectæ lineæ in utroq; plano actæ b e. E. c & acutum comprȩhendunt angulum qui ſub b. e. c. ergo angulus declinatio eſt planorum eſtq; data: datur enim b. c. quæ eſt latus trianguli: & utraq; b e. E c quæ eſt perpẽdicularis æquilateri trianguli. Centris igitur b c hoc eſt limitibus unius lateris. interuallo autem trianguli perpendiculari deſcriptæ circumferentiæ ſecant ſe inuicem in e puncto: & ab ipſo in b c connexæ rectæ lineæ comprȩhendent planorum declinationem. Id autem erat dictum quodq; centris b c. Interuallo autem trianguli perpendiculari deſcripti circuli ſe inuicem ſecant perſpicuum eſt. Nam utralibet b e. b c. maior eſt dimidia b c. centris porro b c: & interuallo dimidia b c deſcripti orbes ſe ſe inuicem contingunt. quod ſi minor ſit neq; contingunt: neq; ſecant. ſin maior omnino ſecant: atq; hæc ratio quæ de pyramide manifeſta: & demonſtrationes conſequens apparet. Intelligatur porro in quadrato a b c d pyramis uerticem habens e: ac ipſius comprȩhendentia baſis bifariam triangula æquilatera. erit autem a b. c d e pyramis dimidium octahedri. ſecetur latus unum unius trianguli a e bifariam in f & coniungantur b f. F. d æquales ergo ſunt b f d f & perpendiculares in a e. Aio quod qui ſub b f d angulus obtuſus eſt. Coniungatur namq; b d. & qa quadratum eſt a c. Diameter autem b. d. quod ab b d duplum eſt eius quod ab d a



p diffinitionem 11 elemẽto rũ


p 47. datorũ euclidis





quod autem ab d a ad id quod ab d.f.habet rationem:ut paulo ante dictū est quã.d ad c. & quod ab b d.ergo ad id quod ab d f rationem habet quam octo ad tria. At qui æqualis d.f.ipsi f·b,quod ergo ab b.d.eorum quæ ab b f.F d maius est obtusus. ergo est qui sub b f d:& quia duorū planorum a b e.a d e secantium se inuicem.com munis sectio est a e:& ad rectos angulos ipsi utriq; planorum ductæ sunt.at b f.F d. compræhendentes obtusum:qui sub b f d.ergo angulus desinens est in duos rectos declinationis a b e.a d e planorum.Si itaq; detur qui sub b f d.datur etiam dicta de/clinatio quia igitur datur triangulum octahedri:& latus unun est octahedri ad:& ab ipso quadratum descriptum est a c.datur etiam b d quæ est diameter quadrati. Præ/terea etiam b f.F d.perpendiculares trianguli.Proinde etiam qui sub b f e angulus datur:descripto igitur quadrato a latere trianguli:ut a c:& coniuncta diametro:ut b d.Si centris b d interuallo trianguli perpendiculari circulos descripserimus secãt se inuicem in f. & ab f ad centra connexæ rectæ lineæ comprehendunt declinatio nem quæ sub b f d:quæ est desinens:ut dictum est in duos rectos declinationis pla/norum:& hic plane manifestum:ut utraq; b f.F.d est dimidia ipsa b d maior & ob hoc in fabrica instrumentali circulos inuicem inter se secare necesse est:ac ex demon stratione manifestum factum est:ut b d ad d f potentia rationem habet quam octo ad tria:dimidiæ uero b d potentia est quadrupla:& perinde ob hoc maior utraq; ef ficitur b f.F d dimidia b d:atq; hæc de octahedro.

p42. datorum euclidis

¶ At in icosahedro intelligatur pentagonum æquilaterum a.b.c.d.e:In hoc au/tem pyramis uerticem habens f.ut pote compræhendentia ipsam triangula æquila/tera:erit nimirum a.b.c.d.e.pyramis:pars icosahedri figuræ secetur latus unius tri/anguli f.c.bifariam in g.& coniungantur b.g.G.d.& quæ sunt æquales:& perpen/diculares facte in f.c.Aio quidem sub b.g.d.angulū obtusum esse.Ibidemq; est ma/nifestum:nam connexa b.d.obtusum subtendit qui sub b.c.d.pentagoni angulum quo maior:qui sub b.g.d.mino/res nanq; b.g.G.d.ipsis b.c.C.d. similiter eis:quæ ante hūc quod qui sub b.g.d.angulus desinens ẽ in duas iclinationis b.f.c.C.f.d. triangulorum hac data est data. Nam a latere trianguli icosahe/dri descripto pentagono con/nexa sub duobus lateribus sub/tensa pentagoni:quemadmo/








dum in descriptione b d date similiter etiam b g. g d perpendicularium triangulorum: datur etiã qui sub b g d: si eni centris limitibus sub duobus lateribus subtensa pẽtagoni: ut b d iteruallo triãguli ꝑpendiculari circuli scripserint secant iuicẽ: ut p g: & quæ ab. g. in b. d. connexæ rectæ lineæ cõpræhendent desinentẽ in duos rectos planorum inclinationis: & hic ex descriptione manifestũ ẽ quod utraq; ipsis b. g. G. d. maior est dimidia b. d. Esse autem etiam in instrumentali fabrica demonstrari. Intelligatur separatim æquilaterum quidem triãgulum h. k. l. At ab k. l. pentagonum describat k. m. n. x. l. & cõiungant m. l. & agatur ꝑpendicularis h. k. l. triãguli. h. o. ipa h o maior ẽ dimidia m. l. acta ab k. in m. l. ꝑpendiculari k. p. qa qui sub K. l. p. maior est tertia parte recti hoc est eo qui sub g. h. o. constituatur ei qui sub K. h. o. æqualis q sub p. l. r. Ergo p. l. perpendicularis ẽ æquilateri trianguli cuius latus r. l. proinde qđ ab r. l. ad id quod ab l. p. rationem habet q̃ d. ad c. Atqui maior K. l. q̃ l. r. quod ergo ab K. l. ad id quod ab l. p. maiorẽ rationẽ habet q̃ d. ad c. habet aũt etiã ad id quod ab h. o. quam d. ad c. ergo K. l. ad. l. p. maiorem habet rationem: quam ad h. o. maior ergo h. o. quam l. p.

¶ Sed in dodecahedro hoc modo intelligatur unum triangulum cubi a quo dodecahedrum describitur a. b. c. d. & duo plana dodecahedri a. e. b. f. g. G. d. h. c. f. hic inquam etiam data est inclinatio duorum pentagonum secetur f. g. bifariam in K. & ab K. ipsi f. g. ad rectos angulos agant in utroq; plano K. l. K. m. & coniungatur m. l. fateor primũ quod qui sub m K. l. angulus obtusus est: nam demonstratum est in tertio decimo elementorum libro aut status dodecahedri quod quæ ab K. perpẽdicularis acta in a b c d quadratum dimidia est lateris pentagoni: & perinde minor est dimidia m l & ob hoc qui sub m K l. angulus obtusus est simul quoq; demonstratum est. in



eodem theoremate quod etiam quod ab K l æquale est ei quod ab dimidio latere cubi: & ei quod ab dimidio latere pentagoni: & perinde eadem K l & K m æquales existentes maiores sunt dimidia m l ipso ergo qui sub m K l angulo dato desinens in duos rectos inclinatio erit planorum utique data. Quia igitur latus ipsius a b c d quadrati subtensa est duobus lateribus pentagoni. At qui datur pentagonum: datur ergo m l. Datur autem etiam utraq; m K. K l perpendiculares enim sunt a bifariam facta sectione sub duobus lateribus subtensa in parallesum ipsi lateris pentagoni ut f g datur ergo qui sub l K m desinens: ut dictum est in duos rectos quæsita inclinatione. Recte ergo in cõstructione dixit instrumentali quemadmodum oportet dato pentagono cõnecteresubtensam duobus lateribus: quæ æqualis fit lateri cubi & cæteris limitibus ipsius. Interuallo autem a bifariam facta sectione ducta perpendiculari in parallelum ipsi pentagoni latus: quemadmodum in descriptione K l ipsi K m descriptæ circumferentiæ: & a commissura circumferentiarum puncti ad centra connectere rectas lineas compræhendentes desinentem in duos rectos iclinationis planorum. Nam quod K l perpendicularis maior est dimidia m l dictum est ut in elementis hoc demonstratum est.

Insignis Philosophi Nicephori Astrolabi Ex positio Georgio Valla Placentino Interprete.

SI Astrolabi peritiam tenere uolueris ipsam hoc modo adito. Primum quærito in quot partibus solis sit cursus circulo omni per cæleste corpus ab astronomis in.360.partes distributo. At hoc pacto inueneris dextra manu capiendo astrolabũ a ligato in circulo eius fune sinistrumq; humerum ad solem conuertẽdo siste: ad quæuis astrolabum in te a parte ad quam regularium fo ramen sub structilli: quod etiam perpendiculũ appellatur. Col ligat cunctas ad superficiem impressas sphæras: & ubi inscriptæ sunt quadripartii or bis.90.partes: ac cũ uideris solis radium forinsecus introrsum ingredientem supernũ mediclinii f oramen: & e regione oppositum alterum inferius subire secareq; bifariã omnem impressuram illic rectam lineam obseruato: quotas partes regulari seu me diclinii extremum attingat: ac sicut id inueneris habere scito ita quoq; solem. Po stea si uelis scire: sit ne meridies nec ne rursus cape sicut instruximus astrolabũ: sisteq; ad solem: & considera rursus quotas partes contingat mediclinii extremũ: solisq; pe netrans foramina radius eumq; scribe numerum: & rursus siste: idq; crebro facito quo ad compereris mediclinii extremum peruenire trans quadripartii descriptas par tes cum id uideris rediisse in parte una: scito tum esse meridiem: & traducto quidem sole recense partes ab exortiuo horizonte declinante ab eo qui ad occasum.

De Latitudine climatum: aut tractus alicuius.

SImiliter si uelis cognoscere latitudinem uniuscuiusq; climatis locíue alicu ius cape tibi astralobum: sisteq; ad solem quemadmodum supra constitui mus: quo tempore meridianum incipit sol secare circulum: aut quo tempo re arietem: aut libram ingredi incipit: sistitoq; quoad inuenies meridiem: quem cum inueniris partes orbis annumera: quas sol præteriit: relictasq; siste ad climatis locíue latitudinem.

De Horis diurnis: & ex ortu: ac occasu diei.

s Imiliter si nosce uelis quota sit diei hora: & quota signi pars ascendere inci piat horizontem: nec nõ quando occidere incipiat: & quota ad uerticem centrũ incipiat: & quota eius aduersa ac e regione opposita: cape tibi astro labum: siste ad solem obseruando in quotis sit partibus: cumq; acceperis orbes: & de scriptum horas compræhendentẽ: & loci clima quod cogitas impressaq; duodecim signa habentem: exquirito aliquot signi partes tum sol sit prouectus: Ibiq; sistito: & deinde pone supra orbem horas continentem: nec non loci clima orbem ferentem signa: conuerteq; solis punctum ad exortiuũ horizontem: qui est in climatis circulo traducitoq; partium numerũ: quem sol in orbe præteriit iuxta in climatis circulo pa rallelos horizontis. Postea obseruato aduersum e regione signum in significato pun cto signi: quod ut prædiximus præterit: ac ubi comperies quota sit hora: deinde con sidera quota hora quo signo attigit exortiuum horizontem: ac si inuenias sit ne septi ma: aut octaua: plures ue: aut pauciores scito habere ad occasum & aduersum ipsius si gnum. Itidem obseruato inquot partes secet signum meridiani centri recta linea ac ita habere comperies: & e regione aduersum signũ unum ad centrũ noctis mediæ.

De duodecim

¶ De Duodecim domorum dominatibus.

DOmuum dominatus quos penetrant signa duodecim si uelis cognoscere quando incipiat penetrare unũ quodq; signum singulas domos capiendo astrolabum siste contra solem: & reperi in quota sit parte ad excelsissimam ab astronomis secti in 360. partes orbis, inde intuere horizontem quota signi alicuius pars hunc contingat. Ibiq; punctum notato. Idq; conuerte ad octo horarũ finem lineamq; considerato: quæ mediæ noctis centrum diuidue secet. Inueniesq; quota pars signi alicuius incipiat penetrare secundum domus dominatum. Inde cõuerte ipsum ad finem decem horaꝝ. Inde porro obseruato medii noctis lineam: comperiesq; quota pars signi alicuius incipiat penetrare tertium domus dominatum. postea considerato ex aduerso e regioneq; primo signum contingens horizontem ubi sit: & partes enumera. & quot in hoc habere inuenies: & aduersum ipsius signum quod primum dicebamus horizontem attingere. Illicq; punctum facito: uolueq; ipsum ad duarum horarum finem. Inspiceq; medii noctis lineam inueniesq; quota pars signi alicuius inceperit permeare quintum domus dominatum: nam quartus inuenietur quando in quattuor angulis existentes inueniuntur itidem uoluta eiusmodi punctum ad horaꝝ q̃tuor finẽ: inspiceq; medii noctis lineã inueniesq; quota hora aliquod signũ inceperit penetrare sextũ domus dominatũ. dein traducito q̃ his sunt aduersa ad alios domuũ dominatꝰ. sin a liena medii noctis nõ occiderit inueni exacti signi ptẽ qđ sit positio domini habẽtis signa duodecĩ accurate cõsideres medii noctis rectã lineã: & sicut iueneris illic habere signũ i eius ptibꝰ. scito ita habere p lineã medii noctis signũ. Itidẽ si examiatim uelis inuenire partẽ q̃ sublimitatẽ faciat signi ad horizontẽ: an habeat difficultatẽ: qđ nõ ad modũ sit indicati loci positio: custodi aduersuʒ eius existẽs signũ iuxta occiduũ horizontẽ: & cuiusmõi illius ptẽ iuenies: scito huiꝰ eẽ eiusmõi. At cũ uolueris iuenire horæ ptẽ quota sit totiꝰ horæ cape astrolabũ: sisteq; ipʒ ad solẽ: iuenitoq; i quota hora sit domini diuisi i 360 ptes. Ibiq; pmaneto: & obseruato aduersũ eiꝰ signũ: qđ tibi idicat horã: facitoq; illic pũctũ ubi ẽ denticulus habẽtis orbis duodecĩ signa: uolueq; punctũ aduersuʒ ad horæ pricipiũ rursusq; facito punctũ ubi pusillus ẽ dẽticulus: & uolue aduersũ pũctũ ad eiusdẽ horæ finẽ. & rursus punctũ facito ubi ẽ dẽticulus: & cõsiderato quotæ sũt horæ a puncto facto: qđ ẽ i horæ principio aduersum ad alterũ usq; punctũ facti quod ẽ aduersum in fine horæ. Inde porro cõsiderato quot ptes sũt a puncto facto quotcũq; fuerit aduersum ad horæ pricipiũ ad primũ usq; factum cũ sol est in sua sublimitate. deinde considerato quã habeat rationẽ hæ partes ad omnes partes quas denticulus præteriit. ac ut has habere inueneris ad totas partes: scito etiam horæ partẽ esse an hæ sint pars dimidia omniũ: & illæ dimidiæ: an hæ tertia pars: & illæ pars tertia: ita deinceps.

¶ Ad Scienda partis scrupula.

QVoniam parallelos quoq; ad quas partes traducimus: quas Sol permeat. est cum indagamus nec ueritatem satis integre consequimur: expedit ipsas quoq; nosce quo facias ubi oportet punctũ i parallelis quod ꝓ sole capimus. Si est i linea: ecce habes integrã ueritatẽ nostiq; quotæ sint horæ: sin extra lineã: uelisq; nosse ubi ponat punctũ quod in signo quod sol pmeat pro ipso põamus uoluẽdo punctũ ad lineã: & figendo pũctũ ubi est paruus denticulus orbis signiferi: rursusq; uoluendo id ad eius parallelũ & punctũ rursus faciendo ubi ẽ denticulus nu-

mera partes ĩpreſſas:q̃s duo cõpræhendũt puncta paruuli dẽticuli:ac ſi ſex ptes cõpræ hendũt duo paralleli:uelisq; ponere pũctũ ad duo qa duo dimidia ſũt ſex ptiũ:pone ẽt ip̃e dẽticulũ ad 3.dimidiã ptes q̃s cõpræhẽdit ſin dimidiũ ad dimidiã ſi 4.dimidia.ad 4.dimidiã atq; ita deĩceps.


¶ Ad cognoſcẽdũ ĩ quo domus dominatu ſit plãetes.

CVm autẽ uis noſſe ĩ quoto domus dñatu ſit unus qſq; planetes a 12.domuũ dominatibus quos inueniſti cõſidera in quota ſigni parte ſit planetes idq; ſignũ ĩuenito iter 12.domuũ dñatus ĩſpiceq; an permeet in qua eſt planetes & traducito ipſum ĩtra domus dñatum:ſi non permeat ĩducito pone ipſuʒ domus do minatũ ſin domus dñatus eſt a pricipio domus dominatus quo ad princi piũ alterius domus dñatus C.ognoſcẽdũ hoc quoq; tibi eſt quod ſi planetes eſt ad partes 5.aut 4 aut minus prope angulum principii intra ĩpſum inducitur:ſin prope nõ inducitur.

¶ De nocturnis horis.

SImiliter ſi noſſe uelis noctu quota ſit hora:& quota pars ſigniẽ ad ſublimitatẽ cape aſtrolabũ ſiſte aut ad ſtellã quæ noĩatur cor Scorpii:aut ad cor Capricorni:aut ad cor Leonis:aut alibi ubi deſcriptiões in aſtrolabo & altero cõniuẽdo oculo appone alterũ foramini regularii ut uideas ex altero ſtellã e regione poſitã deĩde numera in quota parte eſt ab horizõte & illic ſiſte & quã ſigni ĩueneris partẽ ſeccare horizontẽ ſcito illã facere exaltationẽ. Hæc ip̃a hora eſt ubi ſol exiſtit horæ ãt ptẽ ut ĩuenias qua prius docuimus diſciplina cõperies ptẽ horæ diurnæ hicq; ĩuenies ſublimitatẽ uelis ĩuenire ẽt 12.domuũ dñatus & traductiões & ĩ ipſis uagãtes ſtellas ad ſua loca ſicut prius cõſtituimus.

¶ Gregoræ Nicephori Philoſophi de ſtructura Aſtrolabi de ĩſtrumẽti tympanis in q̃bus orbis differẽtia climata deſcribunt̃:quo pacto cõueniat deſcribere tres orbes hibernũ tropicũ & æqnoctialẽ & æſtiuũ tropicũ Georgio Valla Placẽtio Interprete.



EXterius cõceptaculũ qd tympana cõpræhẽdit ĩ q̃bus diſticta orbis terrarũ climata deſcribunt̃ hic cognoſcet̃ ſi cui curæ fuerit cõſtruer̃ mox Iam q̃ ĩ ipſis ſunt tympanis exaremus ĩ quouis igit̃ ipſorũ ſcribimus extra orbẽ ꝓportionalẽ hiberno tropico. Sit aũt exẽpli cã q̃ dicta ſunt ita.ut primo faciamus orbẽ hiberno tropico ꝓportionalẽ a b c d.circa cẽtrũ e binæ diametri ſe ĩuicẽ ſecãtes ad rectos angulos ad cẽtrũ e.a e c.& d e b diuidit̃q; orbis ibi ĩ quatuor q̃dripartia uſq; quaq; ĩterſe ĩuicẽ eq̃lia exacta habẽtia ptes nonagita deĩde capiamus ex a b q̃dripartio f b. ambitũ q ſit ptiũ 24.tãtũdẽ fere diſtat hibern⁹ circulus ab æquinoctiali capiẽdoq; ulnã extrorſus accõmodamus extremũ unũ ipſius ad F uel ad 24 ptem ab 2. Alterũ aũt extremũ ipſius ad c ubi cõtingit talẽ hibernũ circulũ ad libellaʒ obliqua diameter & qm̃ ita poſitũ

cubitum

cubitum contingit rectã diametrũ d e b notamus exacte contactũ puncto aliquo in g littera & cẽtro qdẽ e iteruallo aũt e g. scribimus circulũ æqnoctiali ꝓportionalem g h p K. ide rursus diuidimus ipsius g k. qdripartitũ i ptes 90. a quo rursus assumim⁹ g l circũferẽtiã q̃ sint partiũ 24. tantũdẽ.n. fere abest æqnoctialis circulus ab æstiuo. & capiẽdo cubitũ. rursus accõmodamus unũ ipsius extremũ ad l alteꝶ ad h. ubi con tingit talẽ æqnoctialẽ circulũ examinatim obliq̃ diameter: & qm̃ ita positũ cubitum cõtingit rectã diametrũ d e b. notamus attactũ ad libellã puncto aliquo i m littera & cẽtro qdẽ e. iteruallo aũt e m circulũ describim⁹ ꝓportionalẽ æstiuo tropico m n x. hoc utiq; facim⁹ ideclinãter ad aliaq; ĩtegra plana climatũ i quacũq; uelimus magni tudine.

❡ Traditio quomõ describere oporteat i tympanis circulos parallelos.


His igit᷑ ita exaratis ẽ deiceps memorãdũ: ut in dictis tympanis describẽdi sunt paralleli circuli uel diametri & cã qua ita fiãt. hoc pacto facimus æq nocti alẽ circulũ diuidimus nẽpe g h. p K. i 360. ptes ide cognoscẽdo ex re gula isigniũ ciuitatũ quã ptolemæus exposuit quot i orbe terraꝶ latitudie ab æqno ctiali ptes distat quotũcũq; cõtigerit qd᷑ uelimus clima describere auferim⁹ tantũdẽ ptiũ sectionẽ ex eqnoctiali circulo: dicat᷑ sane euidẽtiæ cã demus nos uelle ab uno ali quo plano describere dictorũ tympanoꝶ p byzantiũ clima: & qa ut uult qspiã facit paralleloꝶ iterualla sit i hoc qnquipartiũ ipsoꝶ iteruallũ: primũq; capiat᷑ ex h p. he micyclio æqnoctiali ambit⁹ h p. q sit ptiũ 43. nã tantũdẽ ẽt abest ab æqnoctiali p by zantiũ clima & 12. qdẽ omittat᷑ nũc qd᷑ neq; tractatu abolet᷑ quod sit admodũ breue Alioq qa ifiniti ĩtelligunt᷑ i terra climatũ paralleli ponat᷑ uelle nos describere clima i uentũ & ĩtegras habẽs ptes ab æqnoctiali distãtia nempe 43. neq; plus neq; minus & qm̃ qnquipartiũ posuimus i ꝑsentia esse stellaꝶ iteruallũ paralleloꝶ circuloꝶ icipien do a. p. notamus pũctis qbuspiã qnquipartia iterualla utriq; supne & iferne. hic.n. fa cere oportet pricipiũ ãnumeratiõis qnqpartiũ. sectionũ aut q̃liũcũq; & relinquẽdo ꝓpositi climatis ptes latitudinis ab p icipientis ad h usq; pueniẽtis: ut iã diximus 43. latitudinis p bizantiũ clima. Inde trãseundo rursus icipiemus a. p. sursũ ad sequẽtẽ par tẽ numerãdo qnqpartia segmẽta p æque quoad trãsierimus binas circuli diametros desup descẽdentẽ & obliq; secantẽ & occurremus r litteræ. fiũt nãq; ab p ad r usque qnquipartia segmẽta 36. ptes uero 180. addimus aũt ad huc ipsi d e b. diametro dein ceps alterã lineã d u. necesse nãq; eẽ hãc tam magnã ut sufficiat faciẽdis i ipsa debitis sectionib⁹. his igit᷑ ita habentibus capimus extrinsecus cubitũ satis idoneũ: ut possit cõmoda heri lõgitudo: cuius unũ extremũ accõmodamus h litter᷑ glutiniũ exactũ ob liquæ diametri & circuli. dein ptẽ cubiti accõmodamus p elemẽto. ad extremũ utiq; h p circũferentiæ 43. partiũ. ispicimusq; ubi alteꝶ extremũ cubiti cadit. At cadit in di ctã lineã ad s litterã ubi ẽt notauimus puncto cõtactũ cubiti. deinde unũ extremũ cubiti omittimus in cõcussum & firmum in h elemento in iam dicta conglutinatio ne tam circuli q̃ diametri. Alterum autem extremũ ipsius semper afferendo sistimus in quouis puncto quinquipartium sectionum: inspiciendoq; notamus semper in re cta linea examinatim i quouis puncto tactum alterius extremi cubiti. hocq; facimus semper ꝓgrediendo quoad pfecerimus partes 90: deĩde rursus tanq̃ de alio pricipio facimus silr̃ ia iferne icipiẽdo. omittimus nanq; rursus unũ extremũ cubiti icõcussũ & solidum in h littera in qua diximus glutinatione diametri: & ipsius æqnoctialis cir culi. At alterũ extremũ accõmodamus in r littera: aut i altera parte quæ K r circũferẽ

tiæ oppositis 43.ptib⁹.íspicim⁹q; ubi mediũ cubiti cadit:cadit uero í q elemẽtũ sup ne trãseũte recta linea:notamusq; in ipsa itegre cõtactũ cubiti puncto quopiá.deide iuxta supius dictũ modũ:uno quidẽ extremo cubiti semper in h posito littera:altero autẽ semp circũacto & pmutante in circũferentia æqnoctialis posita puncta qnqui partiũ sectionũ notamus:considerantes itegre p puncta quædã quẽuis cõtactũ quẽ contingũt superne transeuntis rectæ lineæ media cubiti quo ad terminauerimus par tes 90.illic nãq; íuenimus aliaꝝ ẽt 90.partiũ terminũ supne institutoꝝ:(ut dictũ est) Exin iterim uolumus parallelos describere circulos quærimus in supne penetrãte re cta linea s d e q b & mediũ itegre ipsius s & q íuenientesq; utimur ipso anticentro. Centro qdẽ ipsoꝝ medio iterualo aũt a medio usq; ad s aut q.idẽ .n. ẽ circulũ descri bimus a & maiorẽ aio parallelũ pportionalẽ horrizõti climatis q debet semp utrin q; contactus diametri secare ipsorũ k h qbus cõtingit itegre circulũ postea capimus rursus itegre supne qdẽ post s pũctũ nẽpe secudũ í linea punctũ. íferne ãt post q pũ ctũ aut secũdũ í línea pũctũ íbidẽ similiter & itegre:rursũ quærimus qđ iter hæc quo íuẽto utimur anticẽtro facimus secũdũ parallelũ circulũ priore minorẽ id ipsũ facien do ac pmutãdo quoduis pũctũ í recta linea supne & íferne.facim⁹ deíceps oẽs paral lelos circulos quoad paulatí coeũtes utrinq;:ut dictũ ẽ paralleli circulí cõcurrãt inuicẽ ad 90 ptes.illic.n.cõducti paralleli círculi sunt 18.at ex punctis signa 36.una oẽs uero partes 180.id nãq; 18.paralleli simplicẽ uim nõ habent:sed duplicem.nã per cõueni entia superne & inferne puncta hi fiunt & ob hoc 18.paralleli habent 36.quinquipar tia segmenta quod erat demonstrandum.


¶ Sciẽdũ qđ si p uigesimã partẽ describas parallelos fient tibi decem sin p 10:ptes 5.posteaq; descripseris horizontí parallelos:aut parallelos medío í singulis iclinatio nibus horizõtẽ pone lymbũ í exteriore regiõe hiberni tropici omissa quã dirimes bi nis parallelis p̃dictis:quodlibet aũt q̃dripartiũ diuides in.90.his peractis scribe etiã re liqua astrolabi tympana p differẽtes iclinatiões.

¶ De horaꝝ descriptiõe.

Orarũ notationẽ ita feceris diuidẽdi tres orbes hibernus & æstiuus & me ridianus sub horizõte í segmenta 12.æq̃lia & assumptis lineis ab hiberno a d æstiuum scribe ambitus cir culares per istructa puncta horꝝ uidelicet tri um circulorum:ubi diuisi sunt & his interiectas regiones notando describe primam & secundam atq;:ita deinceps ad duodecim usq; incipiendo ab occiduo horizonte.



¶ De horarum descriptione.



¶ Quo modo stellas in aranea oporteat collocare

¶ Quo pacto oporteat in instrumento construere araneam.

Oscere iā uidetur tēpus ut de paulo antedicta tympanorū loquamur ara n ea. Cū igit' araneā uoluerimus cōstruere capiemus tympanū in quo ipsam uelimus describere. describemusq; prīo ī ipso ut ī aliis tympanis tres orbes: binos tropicos: & mediū æquinoctialē. Oportet autem id esse multiplū: aut ad tympana alia habere crassitudinem quo si abradatur & expoliatur: ac in eo iprimat' quicq̄ possit sustinere. inde exacte considerando inuenimus medium ipsius 44. rectæ lineæ æstiuum circulum diuidue secantis delata ad æstiuum usq; circulum: & ipsi adiuncta ad quartum punctum. Est nāq; medium ipsius 44. rectæ lineæ x. & centro quidem x. interuallo autem d x. orbem describimus proporti nalem signifero k m h d. comprehendentem intra se totum æstiuum tropicum & attingentem ipsum in puncto uno m. capientem uero ipsum totum intra æstiuum tropicum & ipsum contingētem in puncto uno d. Partimur autem eiusmodi orbem per litteras k h. in duo inæq̄lia segmenta in qua linea in medio facimus foramen æquale tympanorum sectionibus: ut sol continet araneam & tympana, non dubium quin agamus hinc & illinc huiusce diametri alias lineas binas parallelos ei: ut hinc habeat latitudinem proportionalem ad consistendum & ad suscipiendum ad medium foramen. idem facimus & in duobus circulis exterioris inq̄ & circulum maximum ambientis quem hiberno diximus esse proportionalem & in signifero. ipsos enim duplicamus: ut habeatur sufficiens latitudo præter hibernum circulum ad partem exteriorem signiferum autem in interiore. Distribuimus igitur ut dicebamus per demonstratam lineam k h. talem ut ostendimus circulum in bina inæqualia segmenta in maius k d h. & minus k m h ut sit proportionale minus hemicyclium boreo hemisphærio signiferi ueluti a principio Arietis ad principium usq; libræ. maius autem proportionale australi hemispærio. Sphæra nāq; considens & imposita in sese & necessitate in plano descripta in hanc figuram deuoluatur necesse est: ut alterum quidem minus. alterum uero maius fiat cuiusmodi in tympanorum parallelis circulis factū est. Diuidimus autem talis circuli minus segmentum rursus in bina æqualia segmenta: quorum utrūq; rursus

in tria duodecima totius circuli: ut sit inæqualia quidem tria ad se inuicem. Compara mus quodlibet trium dodecatemoriorum cuilibet aliorum trium do decatemorioꝝ quæ æqualia e regione sint unum uni. Arietis namq; dodecatemorium æquale e regiõe posito dodecatemorio Capricorni Tauri quid Aquarii Cancri Pisciuꝫ. deide partimur rursus maius segmentum talis signiferi circuli K d h itidem in duo æqualia segmenta & ipsum K d & d h quorum utrũq; similiter in tria dodecatemoria totius circuli: ut sint hic quoq; inæqualia tria ad se inuicem. Ad comparatum quodlibet tri um dodecatemoriorũ cuilibet alioꝝ triũ dodecatemoriorũ eorum quæ e regiõe sint æqualia altera alteri libra piscibus. Scorpius aquario. Sagitarius capricorno. deinde partimur quodlibet dictorum dodecatemoriorum in partes seu gradus: ut hodie lo/ quimur 30. ut fiant omnes dodecatemoriorum partes in unum collectæ 360. Consti/ tuimus autem dictum signiferum circulum & subiectis accomodamus tympanis: ita ut circũacta aranea arietis & libræ principium contingat æquinoctialem tropicũ utro biq;. Aranea uero cancrum: & finem geminorum attingat æstiuo tropico principiuꝫ capricorni & finis sagittarii cõtingat hibernũ tropicũ quod oportebat demõstrare.

¶ Quo modo oporteat scribere in aranea quasdam hærentes cælo stellas.

CVm rerũ cælestium peritũ oporteat non solum interdiu horas inspicere ad solem perspectu: sed etiam ad stellas noctu existimamus oportere doctrinã aliquam inueniendaꝫ: qua facile & sine errore id obtineamus i aranea stel las quas uelimus describendo non certe plurimas, sed ex insignibus minus 12. ne si plu res fuerint subiectos parallelos occultent circulos tympanorum. Inuenerimus igitur ad id doctrinã tutissimã quæ est huiusmodi.

¶ De Cubito doctrina.

COnstituemus utiq; cubitum quempiam æquale dimidio tympanorum seu araneæ diametri quod sit eiusmodi: ut habere in extremo uno debeat fora men quod aliis foraminibus accommodetur in medio tympanorum pla/ ni quodam umbilico proportionali polo rectæ sphæræ septentrionali. Colligatur au tem tympanis in aranea quo in concussum cubiti unum maneat extremum & tuto al terum circũagatur extremum: circũacto igitur ipso in uno quopiam tympano tribus orbibus impresso: in quo uis astrolabo habente inscriptum æquinoctialem & binos tropicos inspicimus integre: ac notamus ipsum puncto: potius uero impressione qua piam ubi attingatur circulus æquinoctialis: deinde quod ab huiusmodi impressione ad extremũ usq; cubitũ contacto in circũductione omnifariã hiberno circulo parti/ mur imprimentes infere 24. partes inuicem æquales. totidẽ nãq; distat æqnoctialis ab hiberno tropico. præterea in alterutram deinde partẽ ab æquinoctiali ipressiõe ad punctũ usq; in circũductione contacti æstiui tropici diuidimus itidẽ in 24 fere partes totidẽ nãq; distat eqnoctialis circulus ab æstiuo tropico. facimusq; eiusmodi 24. ptes æquales qdẽ inter se iuicẽ: sed nõ æquales in alterutra ab æqnoctiali ad hibernũ usq; tropicũ. Verũ ꝓportionales suo interuallo: qm̃ neutiq̃ æqualia iterualla sunt ad utrã/ q; æqnoctialis i tali tympanorũ positione. quod aũt ab æstiuo tropico ad umbilicum usq; ꝓportionale ad septẽtrionalẽ usq; polũ sphæræ colligato tympanis cubito parti mur in 66. æquales quidem inter se inuicem: sed prædictis non æquales ut sit ibi to tum cubitum diuisum in 114. partes inæquales quidem inter se inuicem ut dictum est.

at rursus

at rursus æquales:si quis congruam spectauerit proportionem.

❡ Sic igitur concinato & reuoluto cubito cũ stellam quãpiam uoluerimus hærentium cælo operire posita aranea in debito per longitudinem loco signiferi necnon per latitudinem in utraliber parte eius in septẽtrionẽ:aut austrũ circũagimus cubitũ in signifero quoad inuenerimus in ipso quæsitam partem per longitudinẽ & inueniẽdo sistemus inconcussum ibi cubitum ostendendo illic per lõgitudinem absentiã stellæ poni oportere. Itẽ posito cubito ita iconcusso numeramus a signifero quotas canon instruit partes distare ab ipso siue ad septemtrionem siue ad austrum :& ibi demonstrabimus oportere poni absentiam stellæ per latitudinem.

❡ Sciendum quoq; hoc qđ ita circũacta aranea ĩtra signiferũ cõpræhensa parte demõstramus septẽtrionalẽ:at extra signiferũ usq; ad tympani conceptaculum australẽ ita nimirũ abradentes exacti & euoluẽtes stellas relictas araneæ ptes iperfectas eiicimus & relinquimus:tamen omittendo aliqua tanq̃ hemicyclia aut etiã plus minusue hemicyclio quod oporteat insidere ipsis glutinatas stellas. dimittendo nimirũ talia hemicyclia angusta quatenus locus patit̃:ne admodũ cõtegant orbes in plano tympanorũ descriptos. Est nimirũ aranea maximus & cõpræhensorius orbis signiferũ ip; & memorata orbis segmenta compræhendens:qui circulo linealiter uelut compræhendes in tympanis descriptum hibernum circulum.

❡ Nosse expedit quo res tota sit aptior quod nos adiecimus binas araneæ facimus descriptiones:in quarũ una lineatim exponimus orbes ipsos & solũ q̃bus aranea speciẽ facit:in altera uero araneam ipsam absolute ĩ qua maiori euidentia cubitũ descripsimus quo oportet metiri & describere stellas in locis idoneis demõstrando quomodo oporteat alligare araneæ unũ eius extremũ per interuenientem mediũ umbilicum ꝓportionalẽ polo septẽtrionali circũagendo ipsum orbe. describimus aũt p ip; etiam stellas aquilã quæ secundæ magnitudinis quæq; abest a signifero longitudine partibus qndecim a capricorno a signifero abest latitudinẽ in aq̃lonẽ partes 29. descripsimus quoq; & in altera parte cor leonis basiliscũ appellatũ qđ priæ magnitudis : b estq; longitudine ĩ signifero partes 14. leonis abestq; per latitudinem a signifero adaquilonem partes 10.

❡ Cum a tympano tribus orbibus ĩpresso cõstruimus araneam prio qđẽ ita ut ẽ planũ notãdo signiferũ:ut ãtecedẽs sermo lineatim demõstrauit. hoc ẽ cõpræhẽdẽdo in uno puncto attactũ etiã hiberno facimus ĩtra signiferũ p latitudinẽ & describunt̃ 12. signa partesq; ipsorũ:& qm̃ æstiuus circulus & duo reliq. Itẽ obseruati sunt ĩ plano tympani feci ad circũferentiã ipsius æstiui 12. pũcta multo examine diuidue distributa hoc ẽ ĩ uno ipsius q̃dripartio tria æq̃lia ĩterualla:atq; ita cubitũ nobis positũ ad bina pũcta 12. cõtingẽdo oĩa & mediũ ipsorũ centru ad cẽtrũ usq; æstiui. necessario itaq; ita posito cubito capiunt̃ ẽt bina loca signiferi ĩ q̃bus notauimus atramẽto sectiões duas. Ita igit̃ cõuersim faciẽdo:ut cũ cũctas sectiões 12 centrũ exactum æstiui:q ẽ & æquinoctialis & hiberni:qđ etiã polus uniuersitatis posterius constituat̃. cõtingit igit̃ inæqualitas signorũ: ut sit maius & minus segmẽtũ signiferi multo magis habere æqualitatẽ metiendo inuicẽ æqualiter signa in primo parallelo ꝓportionali horizõti hac de causa non per signa modo seccare oportet æstiuũ: ut dicebamus:sed etiã p partes: aut intripartia:aut in quinquipartia interualla iuxta instrumenti magnitudinẽ nempe in circumferentia æstiui:ut dictum est. ac idest huiusmodi.

ℭ Procli Diadochi Platonici Philosophi de Fabrica usuq; Astrolabi Georgio Valla Placentino Interprete.

Vm ad lunæ obseruatiões necnō stellaℊ hærentiū cælo utile Ptolemæus ꝓcudi docuerit in quito magnæ cōstructionis mathematicæ libro istrumentū nos quoq; septē orbiū Astrolabū putamus causa exponendū: eius plane fabricā: usumq; tradendo q̄ aptissime fieri a nobis potuerit: Differt itaq; Meteoroscopium ab Astrolabo huiusmodi: quatenus illo hæc quoq; possis augurari quæcūq; ꝑ ipsu; queas & plura alia quæ ad astronomiā capessendam utilia sunt: idq; orbium multitudine: quibus illud excedit. Nouem siquidem extruitur orbibus & maiore doctria comparatur. At ad prædictas obseruationes commode hic quoq; suffragatur Astrolabus: quem is quoq; monstrauit binos primum orbes constituendo: qui æquales habeant diametros facit utrūq; quadratu;. Est uero quadratus orbis qui in quattuor æquales diuisus est superficies. Vnam quidem extra conuexum. Alteram uero intra cauum: sed duas parallelos has contingentes per quas est circuli profunditas. Hos nimirum orbes cōnectit ut sese ad angulos rectos inuicem secent. hoc faciunt quando descripto orbe circa cōmune punctum æquales circumferentiæ circa cōmune punctum angulos subtenderint. Expedit sane ipsos ita cōcinare unius quidem cauam secando superficiem in dimidio profunditatis. alterius autem cōuexam. itidem etiam sectionum distantias in longitudinem æquales efficere: ita ut sibi accōmodatæ sese inuicem perfricent in unaq; fiant superficie labia sectionum extrorsus introrsusq; necnon huiusmodi absoluantur sectiones & per diametrum componantur. ita demum concinentur orbes duo ad angulos rectos: ut unus quidem sit in cōpactione totius instrumenti contra eum qui est per polos. Alter autem contra eclipticam sumatur: sitq; punctorum cōmunium. Alterius quidem per cancrum. Alterius uero per capricornum. Nam per hæc principia qui per polos est seccat eclipticam. postea capiendo alterum: quem struendo proportionalem ei q̄ est per polos distinguit quarta parte a cōmuni sectione circumferentiam: habetq; & reliqui circuli polum: ut eclipticæ hocq; punctum assequitur cylindrium excedens introrsum & extrorsum ipsum perforando punctum idq; per diametrum quo etiam in illud æquale & simile assequatur cylindrium & præterea per huiusmodi cylindria duos admittit orbes alios duobus circulis aliis. Alterum quidem forinsecus: ut cōmodo examine sua cauitate conuexo accōmodetur eius qui est per polos. Alterum uero intrinsecus: ut ad libellam suo conuexo ipsius cauitatem accōmodet: sitq; ambobus qui per polos medius: post autem concinationem quattuor orbium seccat signiferū in 360. partes hoc modo ad cōuexam quidem superficiem in dodecatemoria inscriptis inquam nominibus signorum dodecatemoriis. In profunditate autem ipsius latera æquo pariq; modo dodecatemoriis totam certam habeat crassitudinem ad interualla quinq; partium dimidium crassitudinis ad cauam superficiem ad interualla partis unius. ad dimidium porro idq; in caua superficie quoquo uersus parte una post id similiter astrolabum intus ita concinna: ut orbiculum accōmodes: alterum tenuem qui crassitudinem minorem habet: latitudinem uero necessario æqualem astrolabi latitudini: ut suo conuexo per longitudinem: ac latitudinem accōmodans illius cauitati ab

ti ab ipsa compræhendatur: moueaturq; sub ipso non excidens illíustemporibus. cir/
cum actus autem sine inpedimento ab illius caua superficie huic orbiculo binas con/
fictiones per diametrum adiicit æquales ad rectosq; angulos annuẽtes ad sese inuicẽ
& ad circuli centrum: & habendo meatus lucis ĩ medio: ut per ipsos fiat aspectus. quo
modo positionem esse conueniat circulorum & meatuũ memorauimus. Cũ igit᷑ per
duos orbes ĩstrumẽtũ describimus. his utiq; qnq; circulis quoꝝ ẽ intimus tenuis or/
biculus supra quẽ per crassitudinẽ diuisus astrolabus & supra hũc clíptica & q poloꝝ
& supra hũc foris eius q p polos cõparatus affabre astrolab⁹. His igit᷑ adiicit exduo
bus illis orbibus ĩstrumentũ: quod diximus per quod ĩ boream & austrum solis pro
gressus inuenimus: adiicit sumendo per conuexum extra astrolabum pentedecagoni
latus a puncto per quod fabricatum per polos in superficie inter media: & poli signi
feri: & per cancrum sectionis & per limitem huius lateris comparans cylindrium re/
ctum huicq; per diametrum alterum tantum fastigium utrũq; habens q̃ta sit crassitu
do foris astrolabi: & propterea binos orbes examinatim accõmodando dictis quiq;
orbibus quo eleuationes capiamus iuxta latitudines solis & lunæ transitus in duobus
circulis: ut prius: ex quinq; circulis ĩstrumentum moueatur circa æquinoctialis polos.
ita quoq; male in ira habemus. mediocriter itaq; habēdo: ut neq; supra modū cōmoueamur: neq; prorsus simus incōmobiles: tū si ita habeamus recte affecti sumus. In similibus quoq; aliis idē itelligendū. Iracundū nāq; & lene in medio iræ: & ad irā icōmobilitatis positū est. Simile ē in iactātia & dissimulatiōe. Plura nāq; q̄ adsint sibi arrogare iactantiæ ē: minus uero dissimulatiōis. Inter hæc igit̄ mediū ē ueritas. ℭ De habitu.

i Dem in cæteris omnibus ē itelligendū. id. n. ꝓpriū ipsius est habitus: ut bene male ue erga hæc habeat. Bene ī iis habere fuerit. neq; excedere: neq; deficere erga mediū itaq; istoꝝ. unde laudādi accedimus habitus ē. sicut male erga excessum & defectū. Q uādoq dē igit̄ haꝝ pturbationum uirtus est medium. Perturbationes autem sunt ægritudines: & uoluptates: aut non citra ægritudinem: uel uoluptatem. Virtus certe est circa ægritudines uel uoluptates. id quod hinc certum est. Sunt nimirum etiam affectus alii ut uidebitur cuipiam: in quibus non in excessu & defectu aliquo est uitiū: uelut adulteriū: & adulter: nec. n. magis ē talis q̄ igenuas cōstuprarit. Cæteꝝ & hoc & si quid aliud huiusmodi ē qđ a uoluptate cōpræhēdit̄: quæ p intēperantiā: uel ēt qđ i defectu qđq; i excessu sub uitupatione cadit. ℭ Q uid medietati opponat̄.

DEinceps igit̄ fuerit sane dictu necessariū qdnā demū medietati aduerset̄ excessus ne an defectus. nā quibusdā medietatibus defectus opponit̄: ut nō nullis excessus. sicut fortitudini neutiq̄ excessus existēs audacia: sed quæ defectus est, timiditas: tēperātiæ uero itēperātia & icōmobilitas circa uoluptates nō utiq; q̄ defectus est i cōmobilitas opponit̄. Sed intēperātia q̄ excessus ē. Sūt nimiꝝ utraq; tā excessus q̄ defectus medietati opposita. medietas siquidē excessu iferior: sed defectu superior ideo ēt prodigi liberales esse illiberales aiunt. Cōtra illiberales: liberales: ꝓdigos uocāt. Audaces uero: & petulātes: fortes nomināt timidos: ut timidi fortes: petulātes: & furibundos dicēdos putāt. duabus itaq; de causis duxerimus medietati opponendū eē excessum: atq; defectū. quippe qđ e re ipsa licet nobis cōsiderare. Vtrū potius extremoꝝ: ad meduū ꝓpius accedat. Propinquior ne liberalitatis sit ꝓdigalitas: an auaricia. Lōginquior certe fuerit auaricia. atq a medio q̄ magis absunt: magis opposita existimāt̄: e re itaq; ipsa defectū magis opponi apparet. ē ēt & aliter uidere: ut ad quæ mētē magis pronā habemus: ea medio sint magis cōtraria: uelut ad intēperantiā nati sumus proniores: q̄ ad decus capessendū. quāobrē: si additamētū potius ad ea fiat: ad quæ simus ꝓniores. ad quæ fit additamentū: ea sunt magis cōtraria. Atq proniores ad itēperantiā sumus: q̄ ad dec⁹ capescendū. magis ergo excessus medietati cōtrarius. i tēperātia siqdē tēpantiæ ē excessus. Q uid demū sit uirtus: hinc nobis licuit itueri. medietas siqdē affectuū quædā eē uidet̄. Proide, q uelit morib⁹ cōprobari: ei affectuū medietas ē quæuis custodiēda. & pide ꝓbū eē operosū: atq; difficile ē. qñ quidē i uno quoq; mediū capere oposum ē: uelut circulū describer̄: cui⁹ obuiū ē. at i ipo mediū cape: arduū. itidē & excādescer̄ qdē facile nec ñ cōtrariū huic: at mediocriter haber̄ arduū. In totū aūt i q̄uis pturbatiōe ē uider̄ qđ mediū ābiat eē facile. mediū uero un̄ laudemur arduū. iō ēt raro ꝓbus. ℭ Socratica opio.

QVoniā de uirtute dictū ē deiceps fuerit cōsiderandū possit ea adesse nobis necne. Veꝝ quēadmodū socrates dixit i nobis nō ē: ꝓbos uel malos eē: qñ qdē si qs roget quēuis: uelit ne iustus eē: an iiustus: nemo delegerit iiusticiā. itidē de fortitudie: & timiditate: reliqsq; uirtutib⁹: sp eodē mō. ide ñ dubiū qn si mali sint aliq nō spōtanei sint mali: & pide neqdē ꝓbi hæc ratio neutiq̄ uera: nā cur demū legis lator mala facer̄ ñ pmittit: at hōesta: & ꝓba iubet: & i malis qdē mulctā ifligit deliquētib⁹. i reb⁹ āt hōestis nisi hōesta pegerit. alioq iniquū fuerit ubi i nobis ñ sit: hoc legū cōditorēs facere. cæteꝝ ut uidet̄ i nobis ē ꝓbos: & iprobos eē. Itē laudes & uitupatiōes id quoq; atte-

stant̃.uirtutẽ nãq; laus:uitiũ aũt uitupatio cõsequit̃. Atq; laus & uituperatio nõ iuitis: at tribuit̃. Manifestũ igit̃ hoc mõ ĩ nostro arbitrio eẽ bona. malaq; facere. Collationẽ ue ro huiusmodi ꝓferebãt uolẽtes demõstrare ultroneũ nõ esse. Quid nãq; ẽ ĩquiebãt qđ ægrotãtes squalidos nemo uitupat: At hoc minime uerꝫ: tales nãq; rephẽdimus: cũ suæ ægritudinis ipsos causã esse cognouerimus. Qđq; male habeat corpus: utpote id uolun tariũ esse. Apparet nimirum ĩ uitio & uirtute esse uoluntarium.

ℭ Quod omnia talia ex talibus principiis.

Vrsus hinc ẽt potuerit quispiã euidẽtius ĩtueri qđ oĩs natura eius ẽ essentiæ ꝓ creatrix. qualis ipsa est: Veluti stirpes & aĩalia. Nã utraq; gignũt: ex pricipiisq; ꝓducunt: ut arbor ex sæmine: id nãq; pricipiũ est. qđ porro pricipia cõseqt̃ ita hẽt: ut.n. habuerit pricipia. ita quæ de pricipiis ortũ ducũt. Perspicue aũt licet hoc in geometria ma gis ĩtueri ubi cũ aliqua sumpseris pricipia: ut ea habuerit: ita ẽt q̃ ipsa cõsequunt̃: uelut si Triãgulũ duobus rectis æq̃les hẽt angulos: q̃dratũ quoq; quattuor angulis rectis habe/ at necesse ẽ: & si triãgulũ secus: ita ẽt & quadratũ cõmutabit̃. Ex altera parte.n. ei respõ det. Et si quadratũ quattuor angulis rectis æquales nõ habuerit angulos. neq; dẽ triãgulũ duobus rectis habebit æquales.


ℭ Qđ hominis sit agere solum.

Dem igit̃ atq; cõsimiliter de hoĩe quoq; intelligẽdũ. nã cũ sit hõ progenitricis essentiæ: ex pricipiis q̃busdã atq; actionib9 q̃bus efficit: homo ꝓgenerãs ẽ. nã qđ aliud: neq;.n. ĩanimatũ aliqđ efficere dicim9: nec ẽt aĩatorꝫ citra hominem q̃cq̃. Manifestũ igit̃ actionũ hominẽ eẽ ꝓgenitorẽ. Proĩde qm̃ actiões cõmutari ĩtue/ mur: nec eadẽ unq̃ agimus: suntq; actiões ex aliq̃bus ꝓgenitæ pricipiis. Manifestũ q̃ñq/ dẽ actiões ĩmutant̃: ẽt actionũ ĩmutari pricipia. a q̃bus sunt. Queadmodũ collatione ostẽdimus geometrica. Atq; actiõis tã bonæ q̃ malæ pricipiũ ẽ ꝓpositũ & uolũtas: & q̃c qđ ad rationẽ tẽdit. nõ dubiũ quin hæc quoq; cõmutent̃. Spõte nãq; actiões ĩmutam9 & pinde ẽt pricipiũ: atq; ꝓpositũ. nã hæc spõte fit mutatio. Proide nõ dubiũ quin ĩ no/ bis sit & ꝓbos: & malos eẽ. Forte hic q̃spiã occurrerit: q̃ñq; dẽ ĩ me ẽ iustũ ꝓbũq; eẽ: ero si uoluero omniũ ꝓbissim9. Id fieri nullo mõ põt: cur nã: qm̃ nõ hoc ĩ corpore gignit̃: neq;.n. si q̃spiã uoluerit corporis curã habere: oĩu; optimũ hẽbit corp9. Nã opus ẽ non curã mõ ĩtendere: uerꝫ ẽt natura honestũ: & bonũ corp9 eẽ melius certe hẽbit corp9: nõ tũ ẽt oĩu; optimũ. Idẽ de aĩa ĩtelligẽdũ ẽ. neq;.n. iuxta ꝓpositũ suũ erit oĩu; ꝓbissimus: nisi ẽt natura extiterit. melior qdẽ certe erit.

ℭ De Appetitus tribus generibus.

Voniãigit̃ ꝓbũ eẽ ĩ nobis appet cõseq̃ns dictu necessariũ uidet̃: de spõtaneo differeẽ qđ nã sit spõtaneũ: ad uirtutẽ nãq; capessẽdã dominãtissimũ ẽ spõtaeũ ĩ totũ uero dicẽdũ ẽ spõtaneũ qđ ñ coacti agim9: uerũ đ hoc magis adhuc ꝑspi cue differẽdũ ẽ nẽpe ad id qđ agim9 aliq̃s exurgit nobis appetit9 atq; tres sũt appetit9 spẽs cupiditas furor: uolũtas. Primũ igit̃ actionẽ: q̃ a cupiditate orit̃ ducim9 cõiectãdã ultronea ne an ĩuita sit. Inuita neutiq̃ eẽ uideri deb; cur ita: & uñ id: nẽpe qđ q̃cũ quæ ĩuiti agimus coacti faciamus necesse ẽ. Atqui ubi subest agẽtibus aliqua ne/ cessitas: ægrimonia cõsequet̃. Verꝫ ex cupiditate agẽtes uoluptas comitat̃. Proin de hoc pacto nõ erit ex cupiditate agere q̃dpiã: ĩuito aĩo: s; ultroneo. Cæterꝫ ratio ẽ alia q̃ ab ĩcõtinentia huic aduersat̃. nemo eni. inquiunt sponte mala pagit: qui sciat mala esse: uerum qui incõtinens: scit ea esse improba: agit tamen ac ex cupidi tate illectus agit. nõ ergo spõtaneus coactus ergo: hinc porro eadem nos oppu/ gnabit oratio. Nam si ex cupiditate: nõ ex necessitate. Cupiditatem enim uolu/ ptas comes cõsequit̃: sed quæ ex uoluptate: nõ possis dicere ex necessitate: alioqui

Triãgu/lũ nãq; si ue discre tã sine cõ tinuã spe cies q̃tita tẽ figura rũ ẽ oiũ pricipiũ ideo ĩ ip sa; cæte/ ræ oẽs re soluũtur cu; ipa ñ in aliã q̃ ĩ sese re/ deat cu; ergo q̃/ dragula seq̃t stati triãgulã ĩ bina sal tẽ triãgu la ĩ solua tur neces se ẽ cũq; triãgulũ tres habe at angu/ los æq̃/ les duo/ b9 rectis q̃drãgu/ lũ q̃ppe qđ ĩ bina triãgula resoluit q̃ttuor angulos quatuor rectis æ/ q̃les ha/ beat ne/ cesse est hoc mõ ab ãgulo ad angu



lũ ducta diagõio siue paral



lelogrã mum siue non nam trapezium & trapeziodes parallelogrãmum non est nempe huiusmodi.

nõ dubiũ ẽ quĩ incõtinẽs: spõte incõtinenter agat. Q uãdoquidẽ qui afficiũt iniuria: ultro afficiũt iiuria. Atq icõtinẽtes iniusti sũt: atq; iniuria afficiũt. Incõtinẽs ergo in incõtinẽtiã spõte delabit. ¶ Socratica Argumẽtatio de Cõtinẽti & incõtinẽti.

A Erum enimuero alia ut inquiunt ratio aduersat non esse ultroneũ. cõtinens siquidẽ laudat: qđ sponte q̃ ex cõtinentia sint agat. at laudat in eis q̃ spõte fiũt. qđ si ex cupiditate ultroneũ ẽ: qđ cupiditati aduersat inuitũ erit. sed cõtines contra cupiditatẽ insurgit: cõtinẽs ergo nõ spõtaneus fuerit continens. uerũ hoc nõ uidetur. nõ ergo extra id qđ ex cupiditate ẽ uolũtariũ. Rursus idẽ ẽ i eis q̃ ex furore eadẽ nãq; huic q̃ & de cupiditate diximus rationes cõueniunt. & pinde ambiguitatẽ faciũt: iræ siqdẽ ẽ qđ ad incõtinentẽ cõtinentẽq; ptinet. Restat species residua appetituũ ut in distributione posuimus uoluntas: ut an sit spõtanea cõiectemus. Atqui incõtinentes quatenus impellũt: eatenus uolũt. agũt igitur incõtinentes mala uolẽtes sponte nimirũ nemo mala agit ubi sciat esse mala: neq; incontinẽs mala: uolens mala agere. non ergo spontaneus. nequidẽ igit uoluntas est spontanea. hæc plane perimit oratio incontinentiã: & icõtinentẽ. nã nõ si spõtaneus: neq dẽ uituperabilis. At ẽ uitupabilis icõtinens spontaneus ergo: uolũtas igit spõtanea: cũ sint itaq; cõtariæ q̃dã rationes magis pspicue de spõtãeo disserẽdũ est: ¶ De Vi & Necessitate

P Rius itaq; de ui & necessitate dicendũ fuerit. uis. n. ẽt in carentibus anima singulis nãq; inanimatis suus est locus attributus igni qdẽ supra: terræ aũt infra: est nimirũ uiolari sursũ lapidẽ ferri: ignẽ uero deorsum. est ẽt animal uiolari: ut equũ recta uia decurrentẽ poccupatũ uertere aliorsũ quibuscumq; igitur exterior est causa: aliquid contra naturã: aut pterq̃ uolunt faciendi: cogi dicimus facere q̃ faciãt. at qb⁹ ipsis inest causa hos nequaq̃ cogi dicimus: neq; incõtinens negauerit se malũ eẽ uerũ a cupiditate agẽdi mala se coactũ uiolẽti igit hæc nobis erit diffinitio quorum agendi causa a qua cognantur fuerit externa uis est quorum autem interior ac in ipsis causa est: nequaquam uis. ¶ De Necessitate

R Vrsus de necessitate necessarioq; dicẽdũ: necessariũ non omnino: neq; in omni dicẽdũ ẽ. queadmodũ sũt q̃cũquæ causa uoluptas agim⁹. nã si qspiã dicat se a uoluptate coactũ qđ amici mulierẽ uiciarit: fuerit alienũ: nec. n. in oi necessariũ ẽ. sed i extrĩsecus adueniẽtib⁹. ut si offẽdat qspiã a rege necessitate coact⁹ maius aliud qdpiã deuitare. hoc mõ i agrũ ppare coactus sũ: nisi fœdatũ ueli agrũ inuenire i huiusmodi itaq; ẽ necessariũ. ¶ Q uotupliciter inuitum est spontaneum.

A T qm in nullo ẽ ipulsu spontaneũ reliquũ est ut sit ex animi snĩa. inuitũ. n. ẽ qđ ex necessitate uiq; efficit: & tertio loco qđ non fit ex animi snĩa: qđ plane ex his q̃ fiũt certũ ẽ. nã cũqs aliquẽ ceciderit: occideritue: aut eiusmõi aliqd effecerit horũ nihil puidẽs: eũ dicim⁹ iuitũ fecisse: qppe qđ ultroneũ i aiaduertendo eẽ facile dephẽdat: uelut oli mulierẽ aiũt q̃ndã poculũ exhibuisse cuidã amatoriũ: dein eo poculo hoiem mortuũ cõcidisse: eã uero mulierẽ i ariopagũ pfugisse: quã psentẽ nõ alia d cã liberarũt: q̃ qđ nõ id puidẽs effecisset. amoris siqdẽ cupiditate ob cæcata: i eo fuerat hallucinata & pinde neutiq̃ spõtanea ei⁹ poculi amatorii uisa fuerat exhibitio. q̃nqdẽ nõ ea mẽte dederat: ut pderet hoiem. ide igit in id qđ ex animi snĩa fit cadit uolũtariũ. ¶ De Proposito.

R Eliquũ pterea ẽ ut ppositũ delectũq; cõsiderem⁹: sit ne appetit⁹: nec ne appetit⁹ nãq; i cæteris quoq; gignit aialib⁹. ppositũ uero ñ siqdẽ cũ rõne ppositũ ẽ. at rõ nulli alii dputat aiali. ñ igr fuerit appetit⁹ uerũ nũqd uolũtas an ne id qdẽ

uoluntas namq; eorum etiam est q̄ fieri nō possunt: uelut uolumus quidē esse immortales. at id nobis nō proponimus: deligimusq;. rursus ꝓpositū fini nō est: sed ad finē. sicut nemo proponit sanescere: sed quæ ad sanitatē tendūt proponimus. de ambulādo cursitando. at fines uolumus: bene enim ualere uolumus. hinc certū est non idem esse uolūtatem: & propositum ueꝝ ita uidet̃ habere propositū: ut ejus est appellatio ut hoc pro illo proponimus: atq; deligimus sicut optimū pro deteriore quod in nostra sit optione. & perinde deligi suū esse uideat̃. qđ si hoꝝ nihil est propositum: nūquid quod ex animi sententia: id in proposito est? aut ne id quidē? multa enim intelligimus: & opinamur ex animi sententia. nūquid igit̃ quæ intelligimus ea ēt proponimus? aut non? sæpe siqdē intelligimus de indis: at nequaq̄ proponimus atq; deligimus. nō ergo mentis sententia propositū. qm̄ igit̃ hoꝝ nihil est propositū: suntq; hæc animæ insita: aliquoꝝ cōueniētiū coeuntiūq; ꝓpositū esse necesse est. qm̄ igitur est queādmodū paulo ante memorauimus bonoꝝ ad finem tendētiū delectus: atq; propositū: nō utiq; finis. ac est eoꝝ quæ in nostra potestate sunt: & eoꝝ quæ nobis diuersam ingerant ratiocinationē: hoc ne an hoc deligendū: nō dubiū qn prius opus sit ea ipsa intelligere: & in cōsiliū uocare: cūq; nobis intelligentibus præstare uideat̃ tū ad agendū aliqs cōsurgat impulsus: idq; agendo ex ꝓposito agere ducimur. qđ si ꝓpositū appetitus quidā ē: in cōsiliū deueniēs cū animi sentētia: nō est spōtaneū qđ deligibile. sponte enim agimus multa: anteq̄ intelligamus: atq; cōsultemus. sicut sedēdo & exurgendo: & id genus alia faciendo. sponte qdē sed citra intelligentiā. nō ergo spōtaneū deligibile. sed deligibile spōtaneū. si qd eni agere cōsultantes ꝓposuerimus sponte agimus. existūt uero ex cōditoribus legū nō nulli q spontaneū & ex proposito definiāt planeq; distinguant. minoresq; spontaneis: q̄ a proposito agentibus mulctas infligant. ē igit̃ ꝓpositū in eis q̄ sub actionē cadūt: & eis ipsis iqbꝰ nostꝝ sit agere: & nō agere. & ita uel nō ita & in qbus ꝓpter qd ē caper̃ ueꝝ ꝓpter qd simplex nō ē. i geometria siqdē cū qs dixerit quadratū quattuor rectis æquales habere: & pcūctatur ꝓpter qd? occurrit̃ qa ēt triangulū duobus rectis æquales habet. i his igit̃ ex definito principio sibi propter qd assūpserūt. At in eis q̄ sub actionē cadāt in quibus est propositū: nō ita. nullū siqdē ponit̃ definitū. sed siqs exqrat. cur hoc fecisti? quoniā nō erat aliter ut facerē: uel qm̄ ita melius. ex ipsis euenietibꝰ q̄liacūq; apparuerint eē meliora: delectus sumit̃. & ob ea ipsa quāobrē ēt i huiusmodi ē cōsiliū capere ut expediat. at isciētiis nequaq̄: nemo siqdē queādmodū scriber̃ opus sit nomē archiclis init cōsiliū qa quo pacto scribēdū nomē archiclis ē iā definitū. Mēdū igit̃ nō i itelligētia gignit̃: sed iscribēdi actione positū. i qbꝰ certe nō ē i intelligētia error: ne de eis qdē innit̃ cōsiliū. sed iqbꝰ iā ut expedit optimū ē: ide mēdū ꝓcreat̃. Atq i eis q̄ sub actionē cadūt optimū ē: & i qbꝰ duplex mēdū. deliqmus igit̃ tā i eis q̄ sub actionē cadūt q̄ ex uirtutibus pariter. uirtutē. n. cōiectātes p agnata nobis itinera hallucinamur. ē siqdē i defectu excessuq; hallucīatio. i hoꝝ utꝝlibet deferimur uoluptate: & ægrimonia quandoquidem ex uoluptate i mala delabimur: ut ex ægrimonia honesta fugitamus.

> Nā qm̄ t riāgulū prius demonstratide q̄dratū ut q̄drati demōstratio p triangulū erit ꝓpter qd ita triāguli demōstratio per quadratū dēonstratio qa: hæc qdē cōpositio illa uero resolutio nominata: ut Herō ut Porphyrius ut Marinus uti clarissimiq; mathematici alii dixere:

ℭ De Animi Sententia

RVrsum aūt est non quemadmodum sensus animi sententia uelut uisu non poterit quicquam aliudq; uidere: nō auditu: aliud qua; audire. itidem neq; cōsultamus numqd audiendū auditu: an uidēdū. at animi sētētia nō huiusmodi. sed id & alia potest efficere. ob hoc ibi iam existit consultari: est igitur in bonoꝝ delectu nō in fine delictum. huic certe omnes astipulāt̃ sentētiæ. ut sanitatē esse

bonum

bonũ,ueꝶ quæ ad finẽ sunt uelut expediat ne sanitati hoc comesse an: non facit igit plurimũ in his ad hallucinandum uoluptas: & ægrimonia. hanc siquidem amplectimur, illã uero fugimus. qm̃ igit distribuimus in quo & quo modo sit delictũ. reliquũ est ut itueamur cuius nã rei sit uirtus coniectrix. finis ne an ad finẽ: uelut honesti ne an ad honestũ: quo pacto scientia. utꝶ ædificatoriæ sciẽtiæ finis speciose proponẽdi, an q̃ ad finem spectandi? nã si hoc: speciose proponet, sicut pulchram domum efficere at quæ ad hoc: nõ alius quisq̃ inueniet. neq; exhibebit quã ædificator. itidem in aliis quoq; omnibus sciẽtiis. eodẽ mõ igit i uirtute habere uidebit. ut ad finẽ potius ipsi9 tendat consideratio. recte nimiꝶ proposuerit quæ ad finẽ sũt ex qbus finis cõstet nec quisq̃ alius exhibebit; iuenietq; quæ ad finẽ expediant. iureq; hoc uirtus proposuerit. quibus in rebus optimi principium est unum quodque quod efficiat: & proponat. nil igitur uirtute melius quandoquidem huius causa etiam sunt alia. Atque ad ipsam principium est: eius causa magis sunt q̃ ad idem, at finis principio alicui assimulatur & eius causa est unũ quoduis, ueꝶ id erit modo aliquo, proinde certũ ut & in uirtute quandoqdem causa est optima ipsam magis finis esse cõiectricem: q̃ quæ ad finem sunt. Atq uirtutis finis est honestũ: honesti ergo magis cõiectrix est uirtus: q̃ ex quibus cõstet. sũt nempe hæc ipsius. At in uniuersum uideri potest alienũ, quandoquidẽ in pictura si quispiã fortassis egregius fuerit imitator: nõ tñ laudandus accedet: nisi optima imitandi habuerit intentionẽ uirtutis demũ id omnino est sibi honestũ propõendi. dixerit quispiã cur ita nũ actionẽ meliorẽ eẽ dixerim9 an uirtutẽ ipsã. At nũc an ex quo actio est: id uirtuti utpote honestius attribuimus? an in quo nõ est actio? ita atq nũc idẽ dicimus habitu actionẽ eẽ meliorẽ. alii nãq; ꝓbũ ĩspiciẽtes ab actione di iudicãt qđ nõ possint cuiuslibet quomodo habeat idicare ꝓpositũ, nã si foret singuloꝶ nosse sentẽtiã: q̃lis erga honestatẽ esset: ẽt citra actionẽ ꝓbus eẽ uideri potuerat deniq; qm̃ affectuũ q̃sdã recẽsuimus medietates: circa quos affect9 uersent hic nobis dicẽdũ ẽ.

De Fortitudine

Cum igit sit fortitudo circa audaciã: ac metũ cõsiderãdũ fuerit circa cuiusmodi metus atq; audacias. nũqd igit si qspiã metuat ne rẽ dispdat suã is timidus? sin circa hæc sit audax: fortis? an ne? itidẽ si qs formidat solũ: aut audeat neq; meticulosũ fatẽdũ ẽ esse metuentẽ: neq; fortẽ nõ metuẽtem. nũ igit in eiusmodi metib9: & audaciis fuerit fortitudo, at neqdem i talib9 cuiusmodi si qs tonitrus: & fulmia nõ metuat: uel qduis aliud qđ supra hominẽ horrẽdũ fuerit: nõ iã fortis: sed furẽs. In metib9 itaq; & audaciis hũanis ẽ fortitudo. i eis iquam q̃ cæteri metuãt: aut oẽs in qb9 q audeat fuerit fortis. his itaq; definitis cõstituẽdũ fuerit (qñ qdẽ multis i reb9 fortes dici pñt) q̃lis sit fortis: ẽ. n. ab expiẽtia fortis aliqs uelut milites: isti siqdẽ ab expiẽtia didicerĩ i huiusmõi loco uel huiusmõi tpe: uel reb9 ita hñtib9 fieri nõ posse ut malũ subeãt. & pꝫde q hæc nouerit: & ea de cã igruẽtes hostes sustinuerit: nõ fortis. nã si hoꝶ nihil extiterit, nõ tolerauerit. pꝫde ab expiẽtia fortes dicẽdi nõ sũt; neq; Socrates recte aiebat: fortitudinẽ fassus eẽ scia; : qñqdẽ ex cõsuetudie scia capiẽs expientiã: efficit scia. At ab expiẽtia tolerãtes neutiq̃ fatemur: planeq; negam9 fortes eẽ: nõ igit fortitudo fuerit scia. Rursus sũt quoq; fortes ab expiẽtiæ cõtrario: iexperti siqdẽ eoꝶ q̃ eueniãt ab ea rerũ nulla expiẽtia sũt itrepidi: & ne hos qdẽ fortes eẽ dixeri.

¶ Sunt porro qui fortes a perturbationibus existimentur uelut amantes: aut lymphatici: at ne hos quidem fortes dicere oportet, qñquidem si ab ipsis affectus auferatur nõ erunt ampli9 fortes. Fortẽ siquidẽ ꝑpetuo fortẽ eẽ oportet & pꝫnde ne feræ quidẽ

ut suos dici fortes possũ: qđ succumbãt ingemantq; percussæ. neq; fortem ob pturbatioñe dicere cõuenit. ¶ Est uicissim fortitudo alia quæ ciuilis existimat᷑. uelut siqui ciuiũ pudore offusi: tolerent pericula ut fortes existiment᷑. quemadmodũ uerbi causa Homerus Hectora dicentem inducit Pulydamas uereor me carpat in agmine primus. ideo pugnãdũ esse existimat. at nequidem hæc dicenda fortitudo i istorũ enim singulis eadem congruet diffinitio. ponãq; ablato nõ pdurat fortitudo: efficere fortẽ nõ potest ut si pudorẽ unde fortis erat abstulero. ¶ Sunt itẽ & aliter fortes existimati: ob spem boniq; expectationem. at ne hos quidem dicere fortes possis qñ qdẽ tales ac italib⁹ fortes dicer᷑ uidebit᷑ alienũ. ꝓinde i nullis huiusmodi fortitudo collocãda est. qualis igitur & quis nã fortis sit hic cõsiderãdũ. ac ut paucis absoluam q nulla iã supradicta causa fortis est uerum quod id honestum esse censeat: idq; faciat: seu aliqua seu nulla oblata fuerit occasio. neq; tñ prorsus citra perturbationem: impulsũq; gignit᷑ fortitudo. Expedit uero impulsũ habere rationem: honesti causa: ad itrepide periclitandum: qui hoc modo: is erit fortis. At circa hæc fortitudo: nec uero in trepidos esse oportet ita ut cum forti fuerit occursum in totum nihil metuatur. nec enim talis fortis. cui prorsus nihil est horrendum ita namq; etiam lapis & reliqua inanima fuerint fortia. Cæteꝝ metuendum quidem sed tolerandum nã si nihil metuens tolerer: neutiq̃ fortis itẽq; ut ẽt pauloante de metu atq; periculo disseruimus. non omne sed essentia quadam delectum intelligimus. neq; itẽ in fortuito: & quouis tempore. Veꝝ in quo & metus & plura imminet pericula. nam si quis decimo post anno futuꝝ non metuerit periculum: quonam pacto fortis? Sũt enim: qđ longe absint fiducia pleni: qui si fuerint proximi moriantur metu. hæc deniq; fortitudo: & hic fortis.

De Temperantia

Temperantia est intemperantiæ: & in commobilitatis circa uoluptates medietas. nã temperantia: ac prorsus uirtus omnis habitus est optimus at optimus habitus optimi est. optimũ uero inter excessum defectũq;: medium. qñ quidẽ utrinq; prominent uituperandi: tã excessu q̃ defectu. ꝓinde si optimũ mediũ: & tẽpãtia inter intẽpantiã & incommobilitatem est quædã medietas. horum ita q̃ fuerit quædã medietas: quæ temperãtia. circa uoluptates & ægrimonias uersat᷑ nõ tamen omnes: & q̃ circa oĩa. neq; enim si quispiã picturæ: aut statuæ uel huiusmodi alterius oblectet᷑ aspectu: erit iam intemperãs, similiter nequidem audiendo: aut olfaciendo. sed in eis uoluptatibus quæ in tactu sint & gustu. neq; q tẽpans circa eiusmodi ut a nulla tali capiat᷑ uoluptate. nam tũ incommobilis planeq; sensu carens fuerit. Verũ q oblectet᷑: nõ agatur in ipsoꝝ excessũ. ita fruens nequid faciat operosum. totusq; agendo ab honestate pendeat. non agendo quicq̃ nisi modeste. nam qcunq; ab excessu talium uoluptatum abstinuerit uel metus uel cuiuspiã alterius rei causa: temperans non est. neq; enim cætera animalia p̄ter hominẽ dicimus temperantia: qđ ab ipsis ratio absit: qua honestũ deligimus. omnes siqdẽ uirtus honesti est: & ad honestũ tendit. Proinde erit tẽperantia circa uoluptates & ægrimonias: easq; i tactu gustuq; ꝓgenitas. demũ cõsequẽs ẽ ut de mãsuetudine dicam⁹ & qd: & i qbus sit.

De Mansuetudine

Mansuetudo igitur est inter iracundiam: & iracũdiæ cessationẽ: i totũq; existimãt᷑ uirtutes medietates eẽ. qđ aũt sint medietates hinc facile qs dixerit. nã si qđ optimũ i medietate est collocatũ: estq; uirtus habitus optim⁹: atq optimũ est mediũ uirtus ergo sit mediũ necesse est. qđ sane certũ singula cõsiderãtib⁹:

Nam quia

Nā quia iracundus est qui usq; quaq; & plurimū excandescit: ac eiusmodi sub repræn-
sionē cadens. nec decet usquequa q excādescere omnibus: & omnino sēp. neq; cōtra
ita habere ut cuiq; nūq̄. is nāq; in commobilis sub repræhensionē cadit: cum igit' tāq
ad excessum: q̄ qui ad defectum peruenit sub reprænsionem cadat: q hoꝝ medius: fue
rit mansuetus: ac laudabilis. neq; enim ab ira deficiens neq; item excedens in ipsa lau
dabilis. sed qui mediocriter in his habet is māsuetus. hoꝝq; perturbationū medietas
mansuetudo.

¶ De Liberalitate

LIberalitas autem est inter prodigalitatem & auariciam medietas collocata:
uersantur autem huiusmodi pturbationes circa pecunias. prodigus nāq; ē
qui ubi nō decet impendit: & plura q̄ deceat & cū minime decet. at auarus
e i cōtrarius. nō impēdens ubi decet: & quæ decuerit: & qñ decuerit. utrique sub re-
prænsionem cadunt. unus quidem deficiendo. alter uero excedendo. liberalis ergo
quandoquidem laudabilis est mediū inter hos tenet locum quis nam demum? nēpe
qui ubi decet: & quantum decet impendit.

¶ Species Auariciæ.

SVnt autem etiam plures auariciæ species: sicut eoꝝ quos nugiuendulos ap-
pellamus: cuminiq; emptores. nec nō turpilucri: & paruiloqui. qui omnes
auariciæ succūbunt. malum nāq; multiplex. at bōum solistimum: quemad-
modum sanitas quidem simplex sed multiformis morbus. itidem uirtus simplex cū
sit uitum tamen multiforme. cuncti siquidē memorati ob pecuniā sub uitupationem
cadūt: utꝝ igitur liberalis est pecuniā nācisci: & comparare an non? neq; enim ullius
alterius est uirtutis. nā neq; fortitudinis est arma fabricare: sed alterius. ueꝝ ipsius est
accipere eisq; recte uti. ide; de temperantia cæterisq; dicendū. At nequidē auariciæ
sed pecuniam incutientis.

¶ De Magnanimitate.

MAgnanimitas est insolentiæ: & pusilanimitatis medietas. circa honorē in-
honorantiamq; uersatur. & honorem quidem non a multis sed a probis at
tributum: qui ei præcipue conueniat. probi namq; periti iudices: recte hono
rabunt. honorari itaq; se qui dignus honore fuerit potius uolet: ab his qui ipsum co-
gnouerint. neq; enim de omni honore fuerit sed optimo magnanimitas. honorabi-
le bonum & ordinē obtinens principatus. iure igit' despecti & improbi magnis reb9
se dignos. opinati: ac subinde honorandos dicuntur insolentes. qui uero sese sum-
mitunt: & magis q̄ pars est abiiciunt pusilanimi. hoꝝ igitur medius qui neq; se ita abii
cit ut minore q̄ sit par honore uelit honestari: neq; rursum maiore q̄ deceat neq; om
nis: is demum est magnanimus. & perinde certum est magnanimitatem esse insolen-
tiæ & pusilanimitatis meditatem.

¶ De Magnificentia

MAgnificentia est iactationis & uilitatis medietas: uersatur autem magnificen
tia circa sumptus quos magnificum facere par est. quicunq; igitur ubi nō ex
pedit sumptum facit gloriosus iactabundusq; est: ut si quis sodales ita epulo
accipiat: ac si nuptias faciat is gloriosus. talis namq; est qui quo tempore non expedit
suam indicat affluentiam. huic contrarius est uilis: qui ubi oportet magnfice non im
pendit: nec facit ut nuptiarum dignitas expostulat sumptum: sed sibi deest: is nimi-
rum uilis. At magnificencia uel ex ipso nomine nobis potest qualis sit innotescere.
opportuno namq; tempore magnifice factum recte magnificentiæ nomen assequē-
tur. Magnificentia igitur fuerit quandoquidem laudabilis: inter exessum defectumq;
circa sumptus idoneos quædam medietas. sunt & non nullis plures existimatæ ma-
gnificentiæ: uelut dicentibus magnifice sese infert huiusmodi aliæ magnificentiæ. nō

propriæ sed a translatione nomen inuenientes nec enim in illis magnificentia sed in eis quæ diximus.

¶ De Indignatione.

i Ndignatio est inuidentiæ & maliuolentiæ medietas: ambæ enim istæ sub uituperationem cadunt. At indignabundus laudabilis: ē autem indignatio quædam ægrimonia de bonis quæ indigno alicui: aliquo pacto euenerint. dignabundus itaq; qui in eiusmodi tristatur idemq; rursus tristetur si quem uiderit idi digne malis afflictatum. ac demū indignatio & indignabundus talis: cui contrarius est inuidēs: quippe qui tristabitur cum quempiam prorsus siue dignum siue indignum bene agere uiderit: cui similiter maliuolus par est: quippe qui lætatur: quod quis male agat: siue dignus: siue indignus sit nec indignabūdus eiusmodi uerū inter hos medius.

¶ De Grauitate.

g Rauitas est inter morositatem: & delectationem mediū quæ circa conuersationes: morosus nāq; est eiusmodi ut nullius cōuersatione aut colloquio capiatur: sed ut nomen ipsius indicat a suo more. nā morosus quasi aliorꝫ mores īprobās: sibiq; placēs est noiatus. delectator aūt talis ut oīum uelit hēre cōuersationē: & oīno & omnifariā. horū neuter laudabilis. at grauis in medio istorꝫ laudabilis neq; enī erga oēs: sed erga meritos nō erga neminē: sed erga hos ipsos cōsuescit.

¶ De Verecundia.

V Erecundia est inter impudētiam & stuporem medietas in actionibus colloquiisq; cōstituta: impudens est qui ubiq; & in oēs loquitur. & omnia utcūq; euenerint. At stupidus seu attonitus huic contrarius: & cuncta & cunctos ueritus tam agendo q̄ dicendo: solertiæ expers talis est: qui in cunctis obstupescit. at uerecundia & uerecundus inter hæc medium tenet locum: neq; enim cūcta & omnino ut impudens & dicit & agit. neq; porro ut attonitus in omni & omnino trepidabit uerum aget loqueturq; ubi & quæ & quādo expediat.

¶ De Vrbanitate.

u Rbanitas est scurrilitatis & rusticitatis medietas: in salibusq; committitur: scurra siquidē est qui cuncta & omnino incessendū esse existimat. Rusticus uero qui neq; incessere uult: neq; recte incessum iri existimat: sed excandescit: urbanus qui inter hos medius neq; omnes neq; omnino incessens neq; item ipse agrestis: ac durus: at erit duobus fere modis urbanus: nam & moderate incessere pcalluerit & aliorū iaculationem tolerabit. ita nimirū urbanus atquæ urbanitas.

De Amicitia.

A Micicia inter assentationem & inimiciciam medietas in actiōe sermoneq; uersatur: assentator nāq; est qui plura quam sit par adsintq; cuipiā arrogans. At infensus inimicus qui derogat etiam quæ adsunt: quorum neuter iure laudandus accedit: inter quos medius est amicus: quippe qui nec plura præsentibus cuiq̄ astruit: neq; quæ minime cōueniat laudauerit: neq; e cōtrario imminet neq; omnino aduersabitur: præq̄ existimetur tribuendū huiusmodi igitur est amicus

De Veritate.

u Eritas inter dissimulationem & iactationem in oratione uersatur: non omni: gloriosus nimirum ē qui plura q̄ adsint sibi arrogat: aut scire fingit quæ non nouerit: huic contrarius dissimulator pauciora & minora esse sua simulans quæq; nouit diffitetur: occultatq; quæ cognoscit: neutrum horum facit uerus: neq; enim plura: neq; pauciora: q̄ quæ sibi affuerint confinget: sed ea demum & esse sibi & scire

bi & ſcire dicet quæ teneat. ſint deniq; hæ ipſæ uirtutes. an ſecus alia fuerit cõſideratio At quod medietates iam memoratorum: hinc certum eſt: quod qui ad hæc uiuũt laudibus exornantur.

De Iuſticia.

c Onſequitur ut iam de iuſticia dicamus quid ſit: & in quibus & circa quæ ſi prius tamen quid ſit iuſtum expoſuerimus ẽ ſane iuſtum duplex unum quidem ex lege: iuſta ſi quidem perhibent: quæ lex iubet. At lex fortia: & temperata nos facere iubet: ꝑrſuſq; cuncta q̄ ex uirtutibus dicunt̃ & ꝑinde iuſticiã ꝑfectã q̄dã eẽ uirtutẽ ducũt. nã ſi iuſta ſunt q̄ lex facere ꝑſcribit: lex aũt q̄ ex oĩbus uirtutibus ſunt mãdat. q̄ igit̃ ex lege iuſtis obtẽperat: ꝑfectã nanciſcit̃ ꝓbitatẽ. ꝓinde iuſtus & iuſticia uirtus quædam perfecta eſt unum itaq; quoddam iuſtum in his: & circa hæc. uerum enimuero non id iuſtum neq; circa hæc peruestigamus iuſticiam: hoc namq; mõ iuſta: quatenus per ſeſe a iuſto ſunt. nam temperans: & fortis & continens per ſeſe eſt eiuſmodi: ſed iuſtum idagamus quod ad alterum refertur. Aliud ſane q̄ quod dictum ex lege iuſtum. nam nõ eſt per ſeſe eſſe iuſtum quod in aduerſus alterum iuſtis comperitur: id nimirum eſt quod quærimus iuſtum: ac circa hæc iuſticiam. quod igitur in alterum iuſtum: ut paucis abſoluam æquale eſt. nam iiuſtum inæquale. Cum enim bonorum maiora ſibi aſciuerint: malorum uero minora admiſerint. id inæquale: & hoc modo iniuſtum: & afficere iniuria opinamur. nõ dubium igitur cum ſit iniuria in rebus inæqualibus: quin iuſticia & iuſtum ĩ fœderum æqualitate collocetur. proinde certum eſt iuſticiam medietatem quandam eſſe inter exceſſum atq; defectum: & multũ & paucum. cum enim iniuſtus afficiendo iniuria plus habet: & affectus iniuria in afficiendo iniuria minus. tum horum medium iuſtum fuerit: atqui medium æquale eſt: ergo æquale pluris & paucioris fuerit iuſtum: iuſtuſq; qui æquale uolet. ſed æquale in duobus ſaltem conficitur ergo in alterum æquale eſſe: iuſtum eſt: & talis demum fuerit iuſtus. ¶ Cum igitur iuſticia in iuſto: & in æquali & ĩ medietate: iuſtum quidem ĩ quibus iuſtum dicatur: æquale uero in quibuſdam æquale. nec nõ medium in quibuſdam medium erit iuſticia & iuſtũ erga quoſdam: & inquibuſdam. quoniam igitur iuſtum æquale eſt: ẽt huic proportionale: æquale iuſtum fuerit. Atqui proportionale ĩ quattuor nihilominus perficitur. nam quemadmodum a ad b: ita c ad d. ſicut proportionale eſt: ut qui multa poſſideat proferat multa ita qui pauca poſſideat: pauca ꝓferat. ruſus eodem modo qui plurimum allaboret plurima capiat: qui uero parum laboret parum capiat: ut autem laborans ad non laborantem habuerit: ita plurima ad pauca: ut uero laborans ad plurima ita non laborans ad pauca: uiſus ſane eſt in libris de re publica Plato uti eiuſmodi de iuſto ꝓportione. agricola enim inquit cibum parat: ædificator uero domum ut textor ueſtem: ita calceolarius calceum. agricola igitur ædificatori cibum ſuggerit: & ædificatior agricolæ domum. ita & eodem modo cæteri omnes habẽt: & perinde quæ apud ſe ꝑmutant in ea quæ apud alios: eſt namq; huiuſmodi proportio nam ut agricola calceolario & textori: etiam aliis omnibus eadem inuicem inter ipſos eſt proportio: quæ continet totã rem publicam: atq; compræhẽdit: ut liceat nobis intueri iuſtum pro

¶ Nã in duobus rõ dicit̃ mendoſe a boetio & ſecutis boetiũ ꝓportio ut q̄ttuor ad duo rõ dupla ẽ: at ĩ q̄ttuor & minus nihilo græce analogia latĩe ꝓportio nuncupat̃ q̄ diſiũcta noĩat̃ nã copulata ꝓportio in tribus ẽt inuenit̃ ut q̄lis rõ ẽ nouẽ ad ſex talis ſex ad q̄ttuor ẽ ſiqdẽ utraq; ſeſq̄ltera: hæc nimirũ copulata proportio diſiũcta uero ut q̄lis rõ eſt 8 ad 6 talis ẽ q̄ttuor ad tria nã utraq; ſeſquitertia ait ergo Ariſtoteles hãc diſiũctã ĩiuſticia eẽ obtinẽda neceſſariã quẽ

admodũ a ad b ita c
ad d uerbi cã ſit achil
les duplo aiace forti-
or q̃tus ergo a ad b .i.
achilles ad aiacẽ tm̃
eẽ oportebit c.i.achil
lis pmiũ ad d ad præ
miũ aiacis uẽpe duplũ

portionale eſſe ſiquidem continet iuſtum res publicas: idemq́
eſt iuſtum quod proportionale. at quoniam ædificator ſuo ope
re plura meretur q̃ calceolarius præſtet difficileq́ eſt rependi cõ
tra a calceolario aduerſus ædificatorem: neq́ enim pro calceis
par fuit domum capere: hinc iam cenſuerũt: quo hæc omnia uæ
nalia ſint argento uti: quod nomiſma uocãt ut pro dignitate cu
iuſlibet fiat inter ipſos inuicem contrahentes permutatio quæ
ciuilem communicationem contineat. ¶ Cum igitur in his & quæ proxime dicta ſũt
iuſtum ſit erit iuſticia circa hæc cum delectu ex habitu impulſum nacta. eſt uero etiam
iuſtum ex altera parte reſpondens nõ tamen ut aiebãt pythagorei. Rati nãq́ illi ſunt
iuſtum eſſe ubi quæ quis effeciſſet eadem eſſent talionis uice ferenda: quod erga om
nes non eſt idem: neq́ enim iuſtum eadem ſeruo aduerſus ingenuum ferre: quando
quidem ſi ſeruus ingenuum cæciderit iuſtum non ſit ex altera parte tantum cædi: ſed
impenſius: iuſtumq́ eſt in proportione cõtra reſpondendi. nam quemadmodum in
genuus aduerſus ſeruũ melius habet: ita reſpondere factis: aduerſum qui fecerit: itidẽ
etiam ingenuo aduerſus ingenuum erit. nec enim iuſtum eſt ut qui oculum eruerit ei
tantum talionis pœna inffligatur: ſed multo plura fereat proportionis cõſequutione
quãdoquidem & cœpit prior: & affecit iniuria. Atqui utrinq́ illata iniuria eſt: & per
inde proportionale eſt ut ob iniurias etiam plura ferat: q̃ fecerit: id iuſti exigit ratio.
uerum quoniam multis modis iuſtum dicitur definiendum fuerit de quo nam demũ
iuſto ſit nobis diſceptatio. Eſt nimirũ ut perhibent iuſtum ſeruo aduerſus dominum
& filio erga patrem in quibus æquiuoco nomine iuſtum ciuile dici uideatur: eſt nãq́
iuſtum de quo nunc loquimur ciuile iuſtum: id propemodum in ipſa æqualitate po-
ſitum. Communicantes namq́ ciuiles nonnulli natura quidem cõſimiles eſſe uolunt
alii uero more. at filio erga patrẽ & ſeruo erga dominum ius ullum nõ eſſe uidebitur
neq́ enim puero meo aduerſum me neq́ manui neq́ alicui itidẽ membro. Similiter
igitur habere uidebitur & filius erga patrem quemadmodum membrum patris eſt fi
lius: niſi iam uirilem induerit ætatem: qua ab ipſo ſeparetur. tum enim in ſimilitudine
& æqualitate eſt patri: ſed ciuibus huiuſmodi eſſe licet: eadem de cauſa nequidem uer
næ erga dominum eſt iuſtum. domini namq́ quiddam eſt uerna. Cæterum ſi modo
ei iuſtum ſit aliquod id iuſtum erga ipſum fuerit domeſticum: quod impræſentia mi-
nime indagamus: ſed ciuile ſiquidem in ſimilitudine & æqualitate ciuile iuſtum uide
ri debet: præterea in mulieris & uiri cõmunicatione iuſtũ eſt fere quæ ciuilis iuſti: dete
rius nãq́ eſt mulier uiro: ſed quoddam magis domeſticum. & quodammodo magis
æqualitatis particeps: & perinde ipſorum uita communicationis fere ciuilis eſt. pro
inde iuſtum etiam mulieri erga uirũ præcipuũ quodammodo iam præ aliis ciuile eſt.
¶ Quoniam igitur iuſtũ eſt quod in ciuili cõmunicatione poſitũ: tã iuſticia quã iu
ſtus circa ciuile iuſtũ erit. ſed iuſtorũ quædam natura: quædam lege ſunt. uerũ arbitrari
ita oportet ne putemus nunq̃ excidere quæ natura ſunt. quæ ſane etiam mutationem
ſubeunt. ut inq̃ ſi iaculari oẽs ſemper ſiniſtra annitamur euademus ſcæuæ. atqui a na
tura ſiniſtra eſt. at dextra minus nihilo a natura potiora ſunt ſiniſtris: tam & ſi cuncta
ſiniſtra: ſicut & dextra facimus. neq́ quod intercidant: ob hoc a natura nõ ſunt. uerũ
ſi ut plurimũ diutiuſq́ ita permaneant: ſiniſtra eſt ſiniſtra & dextra dextra id quod a
natura eſt idẽ in a natura iuſtis ſi noſtro uſu imutentur: ob hoc a natura iuſta nõ fue-
rint. imo eqdẽ fuerint. nã quod ut plurimũ pdurat id propalá iuſtũ a natura ẽ: quod

uero nos

uero nos constituamus: legeq; sciscamus: id certe iustũ. atq; etiã ex lege iustũ nũcupa/ mus: præstat igitur iustũ quod a natura est illi quod ex lege. Cæterũ quod indagamus iustũ ciuile ẽ. atqui ciuile nõ natura: sed lege ẽ: sed iniustũ & iiuria neutiq̃: idẽ prorsus ducendũ ẽ: siquidẽ iniustũ lege definitur: ueluti deposito queq̃ fraudare iniustũ sit. at iniuria ubi iniuste aliquid perpetretur itidẽ porro iustũ. ac ut ita loquar iustificatio nõ ẽ idẽ. nã iustũ lege definitũ ẽ. cũ sit iustificatio iusta causa faciendi: quãdo igitur iustũ & quando nõ? nẽpe ut paucis absoluã cũ dedita opera & sponte quis peregerit: quid sponte sit pauloante nobis dictũ ẽ: & quando cõsulto & in quẽ & cui & qua de causa is iusta peragit: itidẽ ac similiter erit etiã iniustus: qui cõsulto & in quẽ & cui & cuius causa deliquerit. At cũ horũ nihil consulto iniusti tamen quidpiã cõmiserit. tũ demũ iniustus nõ ẽ. sed informatus. nã si patrẽ occiderit se hostẽ ratus occidere: iniustũ qui dẽ cõmisit cũ neminẽ affecerit iniuria: egit tamen infæliciter. quoniã igitur nõ affice/ re iniuria: ubi iniusta peragantur id ẽ in ignorãdo positũ: hoc pauloante disseruimus cũ neutiq̃ cõsulto queq̃ offendit: neq; cui neq; qua de causa factũ ẽ. desinienda quoq; uidetur ignorantia quo nã pacto per ignorantiã: quẽ lædit nõ afficit iniuria. sit nimi/ rũ. hæc diffinitio quandocũq; perpetrandi aliquid absoluta fuerit ignorantia: id nõ fit consulto: & perinde equidẽ afficit iniuria. at cũ ipse suæ causa fuerit ignorantiæ. p/ petraritq; quidpiã. ex ignorãtia cuius ipse extiterit causa. is plane afficit iniuria: ac eius modi iure criminis arguetur: uelut i ebriis euenit. Vino nãq; mersi si quid mali perpe trarint sine controuersia afferũt iniuriã: quandoquidẽ ipsi sibi eius ignorantiæ causa extiterunt. par enim fuit ne tantum profligarẽtur ut ignorantes cæderent patrem.

¶ Idem in aliis est ignorantiis quæ ex ipsis gignuntur facientibus ut qui per ipsas in/ ferant iniuriã sint inusti. quorum aũt nõ ipsi sunt causa: sed ignorantia ut delinquant ne utiq̃ iniusti. ẽ enimuero eiusmodi ignorantia naturalis uelut nescii infantes patres cædunt. hæc nimirũ naturalis iscitia nõ facit ut ab actione infantes dicantur iniusti: ipsa siquidem hæc faciendi causa est inscitia. neq; ipsi suæ sunt causa inscitiæ ideo ne quidem iniusti dicuntur. Verum deferenda iniuria ut dicam: utrum qui afficitur iniu ria sponte afficitur? an nõ? iusta namq; & iniusta sponte agimus. at non sponte affici mur iniuria cruciatus siquidem deuitamus: & perinde nõ dubium quin nõ sponte af ficiamur iniuria, quod ultro nemo lædi sufferat. nam affici iniuria: non ne est offen di? est ita. ¶ Cæterum sunt quibus licuit æquale assequi: idq; aliis concedunt. quod si æquale consequi iustum fuit: & minus habere iniuria affici: sponteq; minus habet: sponte ergo ait quis afficitur iniuria. uerum hinc manifestum porro est quod ne spon te quidem. nam cuncti qui minus consequuntur illius uice nãciscuntur aut honorem aut laudem: aut gloriam: aut amiciciam: aut aliud id genus. Verum qui uicem alicuius subit: cuiq; rependitur pro eo quod amittit neutiquam afficitur iniuria. quod si iniu/ ria nõ afficitur nequidem sponte ergo. ¶ Rursus qui minus assequũtur & quatenus æquale nõ accipiunt affecti iniuria iidem nobilitati: & exornati hac de causa euadunt quod dicãt æquale mihi capere licuit: at nolui cessi equidem seniori: aut amico: atqui affectus iniuria exornatur nemo. quod si in illatis iniuriis nulla exornatio ẽ: & in his exornantur deiecti. hoc modo prorsus affecti non fuerint iniuria. quod si iniuriæ nõ subiiciuntur: nequidem sponte afficiuntur iniuria interim in huiusmodi oratione cõ trouersari uidemur in continentibus. quandoquidem incontinens nequiter agendo se offendit: idq; sponte facit: consulto igitur se se ipse lædit. proinde sponte ipse a se se afficitur iniuria: cæterum hinc proposita definitio hanc præpediet rationem est

autem definitio neminem uelle affici iniuria. At incontinens uolens incontinenter agit. proinde ipse se afficit iniuria. uult ergo sibi mala infligere. atqui uult nemo affici iniuria. proinde ne incontinens quidem ipse sese sponte affecerit iniuriam. ¶ Cæterum hinc fortassis ambigat quispiam: nunquid accidat ut sibi quispiam inferat iniuriam. in continentem siquidem iniecta consideratione uideatur contingere: hoc nempe modo: si quæ agenda lex iubet ea sunt iusta: qui non agit ea: iniuste facit: ac si erga quem agendum iubeat neutiquam erga eundem id egerit: ipsum afficit iniuria. lex certe temperantem esse iubet: rem suam non oblimare: corpus procurare ac id genus alia. qui ergo hæc non peragit se afficit iniuria. quandoquidem erga alium neminem talium est affectio iniuriarum. atqui hæc nunquam uera extiterint ut contingat se quempiam afficere iniuria: contingere enim qui potest: ut eodem tempore plus quispiam habeat: & minus ut simul sponte & inuito agat quicquam siquidem qui afficit iniuria quatenus afficit plus admittit. iniuria affectus quatenus afficitur minus. quod si ipse sibi infert iniuriam: contigerit ut per idem tempus plus idem habeat: & minus. Verum hoc fieri nō potest: non ergo se quispiam affecerit iniuria. ¶ Rursus qui afficit iniuria sponte facit iniuriā. at affectus iniuria inuitus feret iniuriam. proinde si contingat se quempiam afficere iniuria contigerit simul & inuito & sponte quicquam agere. id autem fieri non potest: nequidem igitur ita contigerit sibi quemquam inferre iniuriam. ¶ Rursus si considerauerit quispiam particulares iniurias nemo sit qui non faciat iniuriam: aut deposito fraudando: aut adulterium committendo: aut furando: aut aliquid eiusmodi iniuriæ genus particulatim admittendo. nec tamen quisquam se unquam deposito fraudauit: neq; suam adulterio uitiauit uxorem: neq; sibi furatus est. quod si in huiusmodi est afficere iniuria: neq; contingit horum quicquam aduersum se facere: nequidem contigerit cuipiam se afficere iniuria. sin secus ea non fuerit ciuilis iniuria: sed domus administrationis: plane quæ familiaris anima siquidem in plures distributa partes: unam habet suam quidem deteriorem alteram uero meliorem. proinde si quid in anima procreetur iniuriarum id partium aduersum se inuicem est. familiarem porro iniuriam distribuimus in deteriorem. ac meliorem ut fiat aduersum se iustum & iniustum. uerum id nos non coniectamus: sed ciuile: & perinde in id genus iniuriis quas nos demum peruestigamus neutiquam contingit ut se quisquam afficiat iniuria. at insuper uter afficit iniuria: & in utro iniuria est: in eo ne qui utcunq; iniuste possideat. an iniudicante. atque distribuente. ueluti in certaminibus: Enimuero qui præmium a præside. atque hæc iudicante accepit non ipse facit iniuriam: tam etsi ei iniuste tributum est: sed qui tulit iudicium: maleq; attribuit is affecit iniuria: estque ubi idem afficiat iniuria & ubi non. nam quatenus uere & ut iusti natura postulabat non iudicauit: eatenus affecit iniuria: quatenus uero eidem iustum esse uisum est: neutiquam affecit iniuria. ¶ Quoniam de uirtutibus: & quæ sint: & in quibus: & circa quæ iam dictum est. de singularisque quemadmodum si recta agamus ratione sit optimum: ita nimirum ex recta ratione agere dicendo: est ut si quis dixerit sanitatem fieri optimam salubria exhibendo: id utique minus apertum: & perinde aperito mihi quæ sint salubria: idem ualet in ratione tam quid sit ratio: quam quæ sit recta ratio: nosse ferme fuerit necessarium primum in quo ratio gignitur considerandum. paucis equidem de anima antea locuti diximus animæ partem esse quæ habet rationem: ea inquam pars una anime habens rationem in duas est partes distributa: quarum una quidem

consulatrix: altera autem scientiæ indagatrix: quæ quod inter se inuicẽ distinguantur ex subiectis facile fuerit intueri. Nam quemadmodum inter se inuicem differunt colores: & sucus: & sonus: & odor. itidem alios ipsis sensus natura accommodauit. Sonum namq; auditu: sucum gustu cognoscimus. & colorem uisu. Similiter cætera eodem modo expedit coniectare. Quod porro alia sint subiecta: alias quoq; esse animæ partes manifestum est: quibus illa cognoscimus aliud siquidem intellectile est & sensile aliud. Atqui subiecta illa anima depræhendimus. alia ergo pars fuerit quæ circa sensibilia: & alia quæ circa intelligibilia. Consultatrix autem circa sensibilia: in motuq; uersatur. Atq; prorsus circa omnia quæ in ortu interituq; sunt. Nam consultamus de eis quæ in nostra potestate sunt agendi: ac non agendi delectu: circa quæ consilium ac propositum est agendi uel non agendi. Hæc nimirum sensibilia in motuq; ad permutandum. Proinde pars animæ ex ratione propositrix atq; delectrix sensilis est. ¶ His itaq; definitis deinceps de ueritate dicendum fuerit. Quoniam de ipsa nobis est sermo: utq; uerum habeat coniectemus. Est profecto scientia: prudentia: mens: sapientia: existimatio quodq; circa unum quoq; istorum. sit sapientia igitur circa id quod sub scientiam cadit: quod cum demonstratione: ac ratione explicatum. prudentia uero circa ea. quæ sub actionem cadunt: in quibus delectus euitatioq;: & in nobis agere ac non agere. Est nimirum facientium & agentium non idem factile & actile. Nam factilium præter facturam finis superest alius: sicut præter ædificationem: cum sit domus effectrix: ipsius finis præter facturam domus est. Itidem in opificina. ita enim nobis libet appellare: quam tectonicam græci uocant: aliisq; facturis. At in eis quæ sub actionem cadunt: practica uocant græci: præter actionem nullus est alius finis ut præter citharæ modulatum finis non est alius: sed idem finis exercitium: & actio. Circa actionem itaq; & quæ in agendo posita sunt prudentia. Circa facturam: & quæ in faciendo posita sunt: Ars siquidem in faciendo potius quam agendo est artem exercere. Proinde fuerit prudentia deligendi & agendi quæ in nostra sunt potestate habitus: tendente ad commodum ipsa quoq; actione. ¶ Prudentia uirtus est non: ut facile est intueri: scientia. Laudandi si quidem sunt prudentes. At Laus uirtutis. Item scientiæ quidem omnis uirtus est. at prudentiæ uirtus non est. Sed ut apparet id ipsum quiddam uirtus est mens porro est circa principia intellectilium: Atq; eorum quæ sunt cũ demõstratione. Atqui principia sunt indemonstrabilia: perinde non circa principia scientia est: sed mens: sapientia porro ex scientia: menteq; constituitur. est namq; sapientia circa principia: ipsa quoq; mentis particeps. At quatenus circa ea quæ post principia sunt cum demonstratione: scientiæ est particeps: & perinde non dubium quin sapientia: ex mente scientiaq; conflетur. Proinde circa ea uersabitur circa quæ mens atq; scientia. existimatio est qua in omnibus ferimur ancipites ea ne ita. an secus. Sed utrum prudentia & sapientia idem ẽ an non? sapientia enim ẽ circa ea quæ cum demonstratione: quæq; semper. ita habent. prudentia nõ de talibus: sed de his quæ sunt in permutatione. quẽadmodum rectũ inflexum ue: & cauum: & talia quæ sunt eiusmodi. At conferentia: eo nõ habent modo: ut non inter se inuicem permutentur.

¶ Alioq̃ non fuerit proprie principia qm̃ q̃ demõstrat᷑ p alia ea antecedãt notioraq; sint necesse est: sũt tñ alicui⁹ disciplinæ pricipia quæ in alia disciplia demõstrãt᷑ mediciæ pricipia sũt nota illa q̃ttuor elementa q̃ i physiologia demõstrãt᷑. at physiologiæ principia natura materia forma priuatio a pipateticis eẽ p hibent᷑. ita in qbusdã aliis pueniẽdũ tamẽ

ad unũ omnino aliquod idemõſtrabile pricipiũ. tãetſi ꝓpriũ mathematicarum ſit demõſtrare aut quia aut pp qd quod ẽ ab eo qd poſt pricipium ad pricipiũ reſoluendo aut ad ipoſſibile adducẽdo & a principio ad id qd poſt pricipiũ cõponẽdo nẽ pe aut p idemõſtrabilia pricipia aut p iam demõſtrata: quæ proprie cõpoſitio ac reſolutio mathematica diſciplinariſq; dicit̃ ut naturalis phyſiologiæ medicinæq; & ſermocinalis dialecticæ grãmaticæq; đputat̃.

Sed permutantur ut nunc hoc conferat: quod cras non conferet. & huic liceat. huic autem non. atq; hoc modo conferat. atq circa ea quæ conferunt prudentia eſt: non ſapientia. Differunt ergo inter ſe prudentia atq; ſapientia. ℭ Verũ ſapientia uirtus eſt an non? hinc perſpicuum eſt ex ipſa certe prudentia uirtutem eſſe. Nam ſi uirtus ẽ prudẽtia partis nempe alterius ut diximus quæ ex ratione ſunt. Eſtq; prudẽtia: q̃ ſapientia deterior circa deteriora enim uerſatur: quãdoqdẽ ſapiẽtia circa æternũ diuinũq; ut diximus. Cum prudentia de hominis ſit cõmodo. Quare ſi quid deterius uirtus ẽ. æquũ etiã fuerit quod melius ẽ eſſe uirtutẽ. nõ dubiũ igitur quin ſapientia ſit uirtus. ℭ Quid ẽ aut circa quid induſtria? eſt nempe induſtria in qbus & prudẽtia: circa ea quæ ſub actionẽ cadunt. induſtrius ſiqdẽ dicitur quatenus conſulere recteq; aliqd iudicare: ac pſpicere potuerit: circa puſilla: in puſilliſq; eius iudiciũ. Eſt igitur induſtria atq; induſtrius prudentiæ & prudentis pars: nec citra hæc. neq; enim induſtrium a prudente ſeperaueris. ℭ Idẽ profecto & in aſtucia exiſtimandũ eſt. Nam aſtutia & aſtutus non ẽ non prudentia: neq; prudens. qn imo prudẽs aſtutus ideo aſtucia ſibi quodãmõ aſciſcit prudẽtiã. Cæterũ aſtutus ẽt malus dicit̃ queadmodũ mentor aſtutus qdẽ fuiſſe uiſus ẽ: nõ ẽt prudẽs. Prudẽtis nãq; & prudẽtiæ ẽ optia expetere: eãq; ſemp ſibi ꝓponere: atq; actitare: At aſtutiæ: & aſtuti fuerit cõiectare ex qbus nã demũ fiant ſingula: quæ ſub actionẽ cadũt: & q̃ exhibẽdo aſtutus i eiuſmodi ac circa talia eẽ uideat̃. ℭ Dubitauerit qſpiã: & admirari potuerit qđ locuti de morib⁹ deq; ciuili negocio: de ſapientia dicamus nẽpe: Primũ de hac re nõ uideat̃ eẽ aliena cõſideratio: ſi ut diximus ẽ uirtus. Itẽ philoſophi ẽ de his demum cõiectare: quæcunq; i eodẽ fuerint: at neceſſariũ: cũ de his q̃ in aĩa loquamur de omnibus dicere. atq ẽ inania ſapiẽtia. Proide alienũ nõ fuerit de aĩa quoq; dicere. quẽadmodũ uero hẽt aſtutia ad prudentiã. ita de cunctis uirtutibus haberi putãdũ ẽ. Velut inq̃ ſunt uirtutes: quæ natura in ſingulis igenitæ tãq̃ ipulſus quidã: ad fortia: ac iuſta i uno quoq; citra rationẽ: nec nõ de ſingulis erga eiuſmodi poſſis cognoſcere. ſunt aũt tam cõſuetudine: q̃ ꝓpoſito. atq; cũ ratione ſunt uelut tẽperantia: aut fortitudo: quatenus ſunt ut uirtutes ingenitæ laudabiles: naturalis igitur uirtus ea ipſa quæ citra rationem a ratione parum ſeparata: & a laude parũ deficiens rationi & propoſito adiuncta. perfectã efficit uirtutẽ. ideo etiã cũ ratione exercet̃ nec citra rationẽ ẽ ad uirtutẽ naturalis impulſus. neq; rurſus ratio atq; propoſitũ ad modũ pficit̃: ut ſit uirtus citra ipulſum naturalẽ. ideo nõ recte ſocrates ſentiebat cũ diceret uirtutẽ eſſe rationes. Proficeret ſi quidẽ nihil agendo fortia atq; iuſta: qui neſciret ac rationi nõ ꝓponeret: & pinde uirtutẽ rationẽ eſſe non recte aiebat. ſed qui nunc melius. nã iuxta rectã rationẽ honeſta agere uirtutẽ eẽ phibent. at ne ita quidẽ recte. Aget ſiquidẽ quiſpiã iuſta nullo propoſito honeſtorũ: nulla cognitione: ſed irrationali aliquo impulſu recte hæc & iuxta rectam rationem: uelut inquam recta iuſſerit ratio ita agat. Cæterum huiuſmodi tamen actio neutiq̃ ſub laudem cadit. Sed melius ut nos definimus cum ratione impulſum eſſe ad honeſtatem. hoc namq; uirtus etiam ſub laudem cadit. ℭ Verum prudentia uirtus an non? ambigere namq; quiſpiã potuerit. Verum enim uero hinc eſſe uirtutẽ certũ fuerit. nam ſi iuſticia: & fortitudo: cæteræ ꝙ uirtutes. quod honeſtorũ quæ ſub

actionẽ

actionem cadant laudabiles accedant. non dubium quin prudentia quoq; eorum sit: quæ sub laudem cadunt quæq; in uirtutis ordinem ueniunt. Nam ad quæ fortitudo agenda cómouetur. In eadem ēt prudentia in totũq; ut ipsa præscribit: ita etiam agit fortitudo. Proinde si hæc sub laudem cadit. ea faciendo quæ præscripserit prudentia etiã sine controuersia prudentia sub laudem cadit: uirtusq; est. utrũ prudentia sub actionẽ cadit an non? Licuerit hinc nosse cui uis spectando scientias queãdmodũ ædificaturam. Est namq; in ædificatura ut dici solet unus quidem quispiã architecton græce quem nos tum architectum: tum opificem nominamus: cui sũministrat sese ædificator. is domus est faber. est sane architectus: seu opifex cuius præscripto ad domum extruendam se faber accingit: idem in reliquis fabrilibus habet: inquibus est architectus & ei9cuius uis minister faber: & architect9 erit. & hui9 ipsius faber ac minister. Si igitur eodem modo etiam in uirtutibus habet quod æquum ac rationale: etiam prudentia sub actionem cadit. quando quidem uirtutes omnes sub actionem cadunt: quarum prudentia tanquam architectus quidam est: quandoquidem ut ipsa præscripserit ita uirtutes & qui ex uirtutibus agunt. Cum igitur uirtutes sub actionem cadant: etiam sub actionem cadet prudentia. utrũ omnibus quæ in anima hæc imperat ut censetur pariterq; ambigitur: an secus: melioribus certe ut sapientia est: imperare uideri par nõ est: sed ea ut dici solet cuncta procurat præscribensq; domina est. Cæterum forsitan ut in ædibus habet atriensis is namq; præest omnibus: dispensatq; omnia. sed nondum idem imperat omnibus uerum domino otium parat. ne is præpeditus rerum domesticarum necessitate dissoluatur: quo minushonesti qdpiã & officiosi agat. Ita atq; similiter prudentia tãq̃ sapientiæ quidã atriensis: ei otiũ parat ut suũ peragat opus affectus cohibendo eosq; tẽperando.

ARISTOTELIS MAGNORVM ETHICORVM LIBER SECVNDVS INTERPRETE GEORGIO VALLA PLACENTINO.

De Aequitate.

POST EA quæ tradidimus par uidetur ut de æqtate disseramus quidq; sit & in quibus: & circa qualia. Est nimirum æqtas & æquus qui descripta legibus iusta diminuit: ac moderatur. Nam quæ legislator particulatim: examinate ad unguem definire non põt: sed in uniuersum loquitur. Hic in eisdem intercedens: deligit quæ legislator particulariter quidẽ definire uolebat. Verũ ei facere nõ licuit. Eiusmodi certe æquus: nõ omnino iusta diminuens. Quã doquidẽ quæ natura ac uere iusta sunt: non diminuit: sed ea dumtaxat q̃ legislator deseruit cũ explere nõ posset.

De Modestia.

MOdestia ac modestus est circa quæ: & æqtas: nempe circa iusta q̃ omissa a legislatore nõ satis ad unguẽ definita sũt: ut iudex iueniat eorũ quæ legislator omittit. Certoq; cognoscit a legislatore ptermissa: q̃ iusta sunt. is modestus est. Itaq; nõ citra æquitatẽ modestia. iudicare siquidẽ modesti. agere uero ad iudiciũ q; pducere: æquui fuerit.

De Promptitudine.

p Romptitudo ẽ circa q̃ & prudẽtia nẽpe circa ea q̃ sub actionẽ cadũtqppe q̃ circa ppositũ & euitationẽ. ẽ sane nõ citra prudentiã. nã prudẽtia horũ sub actionẽ cadẽs ẽ. At prõptitudo habit9 seu affectio: uel qduis huiusmodi istructio op-

timorum: & commodissimorum: eorumque sub actione cadant. & peride prompti tudinis ea uideri non debent quæ fortuitu quoquo modo eueniant. nam quibus ratio deest quod optimum sit considerans: ubi quoquo modo eueniat aliquid hũc prom ptum neutiq̃ dixeris sed fortunatũ. Nam quæ officia citra iudicantis rationem fue rint fœlicitates æquum est appellare. Sed num ne iusti est colloquio & conuersatio ne: æquale cuilibet attribuere: ut inq̃ qualis fuerit quilibet talem effectum assequi an nõ? id certe asentatoris: & delectantis esse plane uideatur. Cæterum iuxta cuiusq; di gnitatem attribuere colloquium ac conuersationem id iusti & probi omnino esse uidebitur. ¶ Dubitare etiam forte quispiam potuerit an iniuriam inferre sit offen dere sponte & scienter & quempiam: & ut & qua de causa. est autem nocumentum & iniuria de bonis ac circa bona. Afferens ergo iniuriam & iniustus cognouerit: & qua lia bona & qualia mala sint. id autem ac talia percallere prudentis: atq; prudentiæ est. Hoc modo fuerit absurdum ut bonum ingens prudentia comitetur iniustũ. an exi stimandum non est ut iniustum prudentia comitetur? neq; enim coniectat iniustus ac simpliciter: & eidem bonum iudicare non potest. Verum hallucinatur cum prudẽ tiæ suum sit id inspicere ex sententia posse. ¶ Itidem ut in medicina aliud est qđ sim pliciter salubre intuemur: qđq; sanitatem efficiat: ꝙ ueratrũ: & elaterium: & sectiones. & exustiones salubres sint: sanitatemq; ꝑ tendant nec tamen ut hæc omnes ita medicinæ habemus scien tiam. non enim particulare nouimus bonum ut nouit medicus cuipiam hoc bonum: & quando & qualiter affecto i quo demũ medicina scientia est. Salubria igitur simpliciter cognoscentes necdum tamen continuo nos medicina comitatur scientia.

¶ Qui elleborus a græcis a nostris uera trũ. albus supernum. ater infernũ uẽtrem purgat albus pituitã educit. ater elleborus bilem atrã: multoq; magis utriusq; herbæ radix q̃ reliqua. Elate riũ succus fit ex tessal lari cõciso cucume ris caule inde cõtuso & aqua diluto expres soq; ex ipso aq̃ amy lo ãmiscetur & super num infernũq; pur gat uentrem agendo pituitam pariterq; fla uam bilem.

¶ Itidem iniustus. quod igitur simpliciter est bonum & tyran nus & dominatus: & imperium nouit. ue͞r sibi ne bonum: an se cus: uel quando uel quomodo affecto neutiq̃ nouit. Id quod est imprimis prudentiæ: & perinde iniusti comes non est pruden tia. bona siquidem deligit quibus afferat iniuriam: quæ certe bo na simpliciter: nõ ipsi sunt bona quandoquidẽ opulentia & do minatus simpliciter bonũ est: ipsi certe nõ fortassis bonũ. nam qui imperat re͞x copia affluens multa sibi: amicisq; nequiter fa cit. quando iure uti dominatu non potest. ut ambigendũ consi derandũq; uidetur sit ne aduersus neq̃ iniuria: nec ne. nam si in offensione iniuria est & in priuatione bonorũ offensio. neutiq̃ uideri potest offendere. siquidẽ quæ sibi eẽ bõa arbitra: t᷑ bõa nõ sũt. Nã dñatus: & opulẽtia: neq̃ hoĩe͞s offendũt: qđ ipsis recte uti nõ possit. Proinde si quæ aduentantia offendũt ea bona abstulerit afficere non uide tur iniuria. multis eiusmodi oratio uidebit᷑ admirabilis. omnes siquidẽ opinantur se posse dominatu: & imperio & opulentia uti: neutiq̃ recte comectantes: quod ex legis latore certũ est. legis nãq; lator non omnibus suadet imperare: uerũ ut dictum est cui ætas cui copia nõ defuerit. ad dominandũ. nõ omnẽ posse imperare: qđ si quispiam indignet᷑ se carere iperio: atq; gubernatiõe dixerit qspiã neq; tibi ea ẽ aĩa unde ipera re gubernareq; possis: corpore quidem cernimus aliquos sanescere non posse sim pliciter sibi bona exhibendo. ac ut langori succumbens corpus uolens conualescere aquam prius: & mediam exhibet. Ita qui neq̃ habuerit animam: ne quidpiam mali exerceat. ei opulẽtia. & imperiũ: & dominatus: & omnino alia id genus sunt auferẽda:

quanto

quanto mobilior: mutabiliorq; est corpore anima. Nam quemadmodum improbū corpus quispiam sortitus uictum debet sibi adhibere idoneum ita improbum animam nactus: se uiuendo reddere debet idoneum ad quæ memorauimus deuitanda. ℂ Hoc etiã ambiguum esse potest: ut cum non sit aliter agere fortiter q̃ iuste, quando nam quis uideatur acturus? in naturalibus quippe uirtutibus solū dicebamus impulsum sine ratione ad honestatē esse oportere. Ita nimirum est delectus in ratione: quodq; rationē habeat pariter capiat: & deligat. uirtutē perfectã esse dicebamus q̃ cum prudentia foret: non utique ad honestum: citra naturalē impulsum: neq; uirtus uirtuti aduersabitur. Agnatū namq; habet atq; insitū ut rationi obtēperet: ut ipsa præscribit ut quo agit eo declinet. Qui nãq; sibi proponit melior. & nequidem aliæ sine prudētia uirtutes sunt. neq; prudētia absq; residuis uirtutibus pfecta uerȝ inuicē sese coadiuuant comitatæ prudentiam. ℂ At nihilominus addubitet quispiã nūquid ita in uirtutibus habeat queãdmodū in reliquis bonis quæ externa quæq; i corpore? hæc namq; cum fuerint eximia deteriores efficiunt. sicut opum affluentia: elatos facit: & truculentos. Itidem reliqua bona dominatus: honor: pulchritudo: magnitudo: nūqd igitur & in uirtute ita habet: ut si cuipiam iusticia uel fortitudo fuerit exhuberans fiat deterior an non? Cæterū a uirtute quidem honor gignitur qui cum ingens fuerit deteriores facit: & pinde uirtus fecerit deteriores cū maior euaserit: aut id neutiq̃ uerum quandoquidē & si sunt multa alia uirtutis opera quemadmodum sunt. Id etiam imprimis est ut qui eis bonis muniatur eisdem recte uti possit. ℂ Si demum probus aduentante ei uel honore uel ingenti dominatu ipsis non utetur: neutiq̃ fuerit probus. neq; honor: neq; imperium probum fecerit deteriorem: & perinde nequidem uirtus in totum autem quoniam a principio nobis determinatum est uirtutes esse medietates: quoq; magis sit uirtus: eo magis erit medietas. Proinde quo sublimior uirtus euadet accedetq; ad magnitudinem non deteriorem: sed meliorem efficiet. medietas namq; inter excessum defectumq; perturbationum erat medietas. atq; hæc igitur hactenus:

De Continentia & Incontinentia.

Deinceps aliud nobis sumendum est principium de continentia incontinentiaque dicturis. Quemadmodum fuit alienum has in uirtutuȝ uitiorumq; numerum redigere: ita de his futurum sermonem alienum uisum iri necesse est. Nec enim hæc uirtus cæteris par est. In aliis siquidem eodem tendunt tam ratio q̃ perturbationes: nec inuicem sibi aduersantur. at in hac se inuicem oppugnant ratio & affectus. sunt nimirum in anima unde mali esse dicamur tria: uitium: incontinentia feritas: de uitio igitur cū uirtute quid sit ac in quibus a nobis supra dictum est: modo de incontinentia: ac feritate dicendum.

De Feritate.

Est autem feritas quoddam exhuberãs uitium cum eo usq; neq̃ prorsus quēpiam intuemur: ut ipsum non hominem sed feram esse dicamus: sicut & uitium ipsum feritatem. huic uirtus opposita nominis expers est quippe quod eiusmodi supra hominem: tanq̃ heroica quædam ac diuina. Eo certe hæc uirtus nominis expers: quod dei uirtus nulla. præstantior siquidem omni uirtute deus. Ac non uirtute probus. Nam tum uirtus sit deo melior. Ideo nominis expers hæc uirtus quæ feritatis uitio opposita est. Desiderat nimirum diuina & supra hominem tali uitio obiectari: quod quemadmodum feritas uitium hominem excedens euadit ita ei opposita uirtus.

¶ De Incontinentia & Continentia.

DE incontinentia & continẽtia dicturis expedit nobis quæ ambiguos & cõtrarios sermones admittũt significare ut ex dubiis orationibus considerando & exqrendo ueritatẽ ad id quod ꝓspiciendũ est pueniamus. Nam tum demũ ita uerum scrutari poterimus. senex igitur socrates tollebat prorsus ac negabat esse incõtinentiã: dicendo neminẽ esse qui mala faciẽda: sciens esse mala: deligeret. atq incõtinens uidet' sciens mala deligere agi nãq3 a pturbatione. hac ratione incontinentiã esse nõ existimauit: nequaq̃ recte. alienũ nãq3 sit hac ratione ꝑsuasos: quod factũ ẽ ꝑsuasibiliter extinguere. incõtinentes siqdẽ sunt homines: & iidẽ maloꝝ periti: uerũtamẽ ea perpetrant: quoniã igit' in continentia est nunqd incõtinẽs aliquam habet peritiã: qua inspiciat: exquiratq3 mala. At id nõ uisum fuerit cuipiã: quando qdem alienũ sit quod ui nobis potentissimũ firmissimũq3 est: ui ab aliquo superari. siqdem scientia omnium quæ in nobis firmissima & nulli est obnoxia uiolentiæ & perinde hæc ratio aduersat' quominus credat' esse scientia. Cæterum nũquid scientia quidem non est: sed opinio: at si habet icontinens opinionẽ uituperandus non accedet. Nam si mali aliquid nõ admodũ præuidẽs planeq3 cognoscens: sed opinatus agat uenia dignus uideat': quod uoluptate agendi mala: nõ admodũ mala esse cognouerit: sed tantũ fuerit opinatus. at quos uenia dignos esse censemus: eos neutiq̃ repræhendimus: & pinde si opinionẽ habet incõtinens: uituperandus nõ erit: atqui uituperandus est. huiusmodi rationes ambiguitatẽ obiiciunt: quãdoqdem q̃ scientiã esse negauerũt absurdũ quiddã euenire cõpellunt & quæ ne opinionẽ quidẽ pariter aliena euenire ostendunt. ¶ Verũ & dubitauerit hic quispiam quod qa tẽperans & cõtinens esse uidetur. Tẽperãti ne futuræ uehæmẽtes sint cupiditates. qd si cõtinens erit uehæmentibus agi cupiditatibus opus fuerit. Neq3 enim continentẽ dixeris: qui mediocres cõpescat cupiditates. quod si uehæmẽtes cupiditates nõ habeat: neq dẽ tẽperãs erit: neq3 enim temperans qui nullo modo agitur a cupiditatibus: ¶ Ambiguitatẽ quoq3 talia mouent. contingit siquidẽ ex inde rationibus incontinentẽ quãdoq3 fore laudabilẽ: & uituperabilẽ continentẽ. sit nãq3 quispiam inquit ratiotinio hallucinatus ut ratiotinanti quæ honesta sint mala uideantur: ac cupiditate ad honesta ducat': ratio qppe agere non pmittet. at cupiditate allectus aget. atq talis est incontinens. aget ergo honesta. Cupiditas nãq3 in talia adducit. sed ratio ꝓhibebit. ratiotinio siquidẽ honestoꝝ hallucinabat'. Is igitur incontinẽs quidẽ erit. Verũtamẽ laudabilis nã quatenus honesta peragit laudabilis. absurdũ id profecto euenit. ¶ Rursus hallucinet' interim ratiotinio: & honesta ei minie honesta esse uideant'. at cupiditate ad honesta ducat'. Continens nimiꝝ ẽ concupiscẽs quidẽ: sed non pagẽs: id ob rationẽ. itaq3 ratiotinio hallucinatus honestoꝝ: prohibebit' agere quæ concupiscit. Prohibebit' ergo honesta agere. Ad hæc siquidẽ adduxit cupiditas uerũ cum honesta agere oportuerit non agens: uituperandus accedit: ergo continẽs quandoq3 erit uituperandus. id quod ualde dictu absurdũ contigerit. ¶ Verũ intemperantia & intemperans in cunctis & circa cuncta: sicut circa pecunias & honorẽ & irã & gloriã'. Nã circa hæc omnia existimãtur uel esse uel nõ esse incontinentes. uerũ circa quid sit definita incõtinentia addubitauerit quispiam. Hæc igitur sunt quæ faciãt dubitationẽ. at ambiguitates soluere necesse est: primũ igitur quæ de scientia habita est dubitatio: ita diluẽda uideatur. nimirũ eẽ absurdũ scientia habere: & ipsã eiicere: uel intercidere eadẽ de opinione fuit oratio. nihil siqdẽ reffert sit ne opinio an scientia. nã si uehæmens fuerit opinio quatenus stabilis est: &

credulitate

credulitate in concussi a scienti non differt. credendo ita habere ut existimant si habent opiniones. sicut Heraclitus ephesius talē habuit de quibus opinabatur opinionem: alienum utiq; nihil incontinenti siue habeat scientiam siue opinionem: qua dicimus flagitium aliquod committere: est quippe scire duplex: unum quidem habere scientiam. nam tum demum scire quempiam dicimus eam rem. cuius teneat sciētiam alterum uero ipsam exercere scientiam. incontinens igitur est qui honestorum tenet scientiam: sed eam non exercet. cum igitur hac non exercebitur scientia nihil eueniet Alienu; cōmittere flagitium ipsum qui teneat scientiam: est enim quemadmodum in dormientibus: isti siquidem cum habeant scientiam multa tamen in somnis molesta & perpetrant & perpetiuntur. neq; enim scientia tum exercetur: idem est de incontinente. euenit siquidem ut dormienti non exercere scientiam. & perinde soluitur dubitatio fuerat siquidem dubitatum nunquid scientiam incontinens eiciat: eaue intercidat. quādoquidem utrumq; uidebatur absurdum. ¶ Cæterum hinc fuerit rursus manifestum quemadmodum diximus in analyticis ex duobus fieri syllogismū propositionibus: earumq; primam uniuersalem: secundam quæ sub illa partitularem: ueluti scio omnem hominem febricitātem sanum facere. atqui hic febricitat scio igitur & hunc sanum facere. est ergo uniuersali quidem scientiæ scio deputatum. alteri uero particulari: nō est igitur ut etiam tum sciētiam habenti fiat hallucinatio uelut omnem febricitātem sanum facere: si hic utiq; febricitat quem nō nouerim. ¶ Itidem igitur de incontinente qui habeat scientiam idem error eueniet. cōtigerit enim incōtinentem in uniuersum habere sciētiam: ut talia sunt improba & perniciosa. nec tamē hæc ipsa particulatim noscere improba. proinde ita habendo scientiam aberrabit: quando quidem in uniuersum habet nō etiam particulariter: non itaq; hoc modo fuerit alienum ut incontinens habendo scientiā mali aliquid agat. est enim sicut in ebriis a quibus cum excessit ebrietas: & ad sese redierunt: nō excidit ipsis ratio. nequidem scientia quæ sub ebrietate delituerat: fueratq; postrata: deīde ab ebrietate immunis. rursus sit qui prius erat: ita habet incontinens perturbatio enim: cohibendo: ratiocinium sepelit. Cum uero a perturbatione fuerit liberatus. ut qui ebrius rursus in sese redit. ¶ Est & quædam alia de incontinente quæ dubitationem faciebat oratio ubi laus incontinentem sequebatur aliquando: & cōtinentem uituperatio. quod neutiq̄ euenit. neq; enim continens: aut incōtinens ratione falsus est: sed qui recta institutus ratione quam tam mala q̄ bona discernit. incontinens quidem qui eiusmodi ratione nō persuasus est: sed continens qui persuasus ab ipsis nō agitur cupiditatibus. neq; enim cuicūq; uidetur patrem cædere turpe esse: sed qui cædere concupiscit & abstinet is cōtinens est proinde si in eis neq; continentia neq; incontinentia: nequidem laudabilis fuerit incontinentia: ut neq; uituperabilis cōtinentia quemadmodum uidebatur. ¶ Sunt nimirum incontinentiarum aliæ quidem ualetudinariæ: naturales aliæ. Valetudinariæ eiusmodi ut eorum qui discerpunt capillos & manducant. quod si quispiam huic imperet uoluptati non continuo laudabilis est: neq; uituperabilis: quatenus nō imperat aut non admodum probabilis. Naturales autem ut in iudicio conuictum olim aiūt filium quod patrem cæcidisset defendisse: quod is patrem quoq; suu; cæcidisset: aufugissetq;. naturale & enim id iudicibus fuisse crimē uisum est: quod si quis a cædendo patre se continuerit non continuo laudabilis. & ne nos quidem eiusmodi nunc incōtinentias & continentias quærimus sed quibus uituperandi accedunt atq; simpliciter laudandi bonorum certe quædam sunt externa ut opulentia: dominatus: honor:

amici:gloria. quædam circa corpus necessaria ut tactus & gustus. qui ergo circa hæc: incontinens is incontinens simpliciter esse uideatur. & ut corporalis & quam quærimus incontinentiam circa hæc esse uidebuntur. ¶ Ambigitur quoq; circa quidnam sit incontinentia circa honorem non est simpliciter incontinens. Laudatur enim quodammodo qui circa honorem incontinens. nam honoris amans uidetur. in totum autem dicimus: & in eiusmodi ponendo incōtinentem circa honorem aut gloriam. aut iram esse incontinentem. Verum simpliciter incontinenti nō accommodamus circa quæ ut ei adsit manifestum aliquod sine appositione eius circa quod sit: est enim fere circa uoluptates & ægritudines corporis incontinens. ¶ Hinc manifestū est circa hæc uersari incontinentiam nam quoniam incontinens uituperabilis subiecta esse oportet uituperabilia: honor igitur: & gloria: & dominatus: & pecuniæ: & circa quæcunq; talia dicuntur incontinentes sub uituperationem non cadunt. at corporis uoluptates uituperandæ. ideo non iniuria qui circa has magis q̄ sit par uersatur is incontinens prorsus dicitur. Verum quoniam incontinentiarum: quæ circa alia uersari dicuntur: quæ circa iram maxime repræhendenda incontinentia. Vtrum magis repræhendenda est quæ circa iram an quæ circa uoluptates? est igitur quæ circa iram incontinentia similis pueris ad sumministrandum promptis. Hi namq; cum dixerit dominus cædo mihi promptitudine erecti ante q̄ audierint quid sit sumministrandum inter suggerendum hallucinatur. sæpe enim liber fuit exhibendus: & graphium dedere itidem incontinens iræ succumbit: cum primum enim audierit uerbum quod quispiam affecit iniuria: ira ad ulciscendum insultat: neutiquam patiens audire expediat ne an non: uel non ita uehementer huiusmodi igitur ad iram impulsu quæ iræ deputatur incontinentia non admodum uidetur in cessenda. At uoluptatem impulsus sub repræhensionem cadit. Sunt namq; distincta in ipsa ob rationem quæcunq; auertunt ne agatur aliquid: & tamen ob rationem agitur. ideo magis est q̄ per iram repræhendenda incontinentia uoluptatis: quandoquidem per iram incōtinentia ægrimonia est: nemo siquidē stomachatus non ægrescit. At ex concupiscentia cum uoluptate id circo magis uituperabilis quod ex uoluptate incontinentia abesse a conuitio non uidetur. Vtrum uero tolerantia & continentia idem est an non? nam continentia nec non continens circa uoluptates est ipsas coercendo. At tolerantia circa ægrimonias si quidem tolerans: ac sustinens ægrimonias is patiens est. ¶ Rursus incontinentia & mollicies idem non est: mollicies siquidem & mollis est succumbens laboribus: non certe omnibus: sed quos alius aliquis necessario duxerit sustinendos: incontinens uero qui uoluptates sustinere non possit sed remollescens ab eis agatur. ¶ Est porro quispiam intemperans appellatus nunquid igitur intemperans idem quod incontinens? atq; ipse idem incontinens quod intemperans? nempe intemperans eiusmodi est ut quæ agit eadem & optima & commodissima sibi esse arbitretur nec ullam habet rationem quæ eius uideatur aduersari uoluptatibus. At incontinens habet rationem quæ aduersatur ei quatenus cupiditate agitur. Vtrum autem curatu facilior intemperans an incontinens? certe intemperans curatu facilior uideatur. nam si ratio ei aduenerit quæ mala esse doceat: ipsa non morabitur: at incontinenti non deest ratio: & tamen agit mala. proinde huiusmodi incurabilis esse uidebitur. Cæterum utrum deterius afficitur cui nihil admodum boni: nec quod per illud existit: q̄ ille cui quod honore præcellit male affectum est? Est nimirum incōtinens qui bonum obtinet rectam rationem. cum intemperans non habeat cum ergo ratio utriusque principatum

obtineat

obtineat incontinentis honoratissimum principium præsto est. quod ab intem-
perante abest ergo incontinente intemperans deterius habet. ¶ Rursus ut supra
mentionem fecimus de feritatis uitio non est ipsum in fera spectare: sed in ho-
mine. feritatis siquidem nomen adeptum est id uitium ob singularem improbi-
tatem: sed cur in fera nihil? nempe quod improbum in fera principium non sit:
est siquidem ratio principium. quis uero improbior flagitiosiorque fuerit incertum
est leon ne: an dionysius: an phalaris: an clearchus uel horum quispiam insignis cu-
iusdam immanitatis. certum autem est malum in his principium illustria facino-
ra coniectasse. at in fera nullum prorsus est initium. ita igitur improbum est in ip
so intemperante principium. nam quatenus quæ mala sunt committit etiam ra-
tio ei astipulatur: censetque ea esse peragenda quia improbum in ipso est princi-
pium. at in incontinente sanum principium est: ut hinc melior incontinens in-
temperante esse uideatur. ¶ Sunt etiam incontinentiæ binæ species: una qui-
dem prorumpens: & improuisa: & confestim proueniens. uelut cum speciosam
uiderimus mulierem & confestim afficiamur: & ab affectu erumpit impulsus ad
aliquid perpetrandum quod fortasse non expediat. Altera uero uelut quædam im
becillitas quæ cum ratione insurgit auertente. prior igitur non admodum sub re
præhensionem cadere uidebitur: quandoquidem etiam uirtutis studiosis potest
euenire: calidis & ingeniosis: secunda autem frigidis: & melancholicis. tales ni-
mirum repræhendendi. ¶ Rursus uideas aliquem præoccupantem quod spe-
ciosa mulier obiiciatur non affici: conuenit igitur se cohibere. nam qui eiusmo-
di ratione præuenerit ex obuia uisione incontinens non commouebitur: nec tur
pe quidquam aget uerum qui ratione cognouerit indecens aliquid ad idque uolu-
ptate delabetur: & remollescet, is multo magis repræhendendus. neque enim pro
bus unquam eiusmodi fuerit incontinens. ratio namque præueniens se non remi-
serit. dux siquidem ea in ipso probo existit: cui non obtemperat improbus: sed
uoluptati deditus & remollescit: & quodammodo effæminatur. Vtrum uero tem
perans sit continens quod supra fecimus ambiguum nunc disseramus: est igitur
temperans etiam continens. nam continens non solum est præsentes cupiditates
cohibens: uerum etiam talis ut si nullæ adsint cupiditates ita instructus ut eas pos-
sit cohibere. Est autem temperans qui nullas habeat malas cupiditates rectæque ra
tioni circa hæc insistat. at continens qui malas habet cupiditates: & aduersum ip
sas rectam rationem. proinde temperantem continens committatur eritque tem-
perans. siquidem temperans non afficitur. incontinens uero afficitur quidem sed
compescit affectus quatenus afficitur. temperanti istorum est neutrum ideo conti
nens temperans non est. ¶ Vtrum intemperans incontinens an incontinens
intemperans aut neuter alterum cõmittatur? incontinens enim est cuius ratio per
turbationes oppugnat at intemperans non huiusmodi sed qui mala agit simulque
astipulantem habet rationem: non itaque intemperans qualis incontinens: neque
incontinens qualis intemperans. ¶ Præterea improbior incontinente est intem
perans. curatu enim difficiliora quæ naturalia q̃ quæ ex consuetudine gignuntur
ob hoc siquidem ualida esse uidetur consuetudo quod naturæ insidat. intempe-
rans igitur eiusmodi cuiusmodi quispiam natura est. Ob hoc: & hac de causa in
ipso improba ratio est. neque talis est incontinens quia nequidem ratio eiusmo-
di non proba. oportuit namque ipsam esse improbam si foret natura: qualis est

improbus, incontinens igitur consuetudine malus esse uidebitur ut natura intemperans. curatu namq; longe difficilior intemperans quandoquidem consuetudo consuetudine exploditur, at natura a nemine extrudi potest. Vtrum autem cum sit incōtinens eiusmodi ut norit: & nō cedat rationi: sitq; prudens huiusmodi ut recta ratione singula perpendat acciderit ut incontinens sit prudens an nō: ex his enim quæ dicta sunt ambigere quispiam potuerit. ueru; si quæ a nobis antea dicta sunt suspicere uoluerimus: non erit prudens incontinens. dicebamus namq; prudentem esse nō cui recta ratio modo inesset: uerū etiam quæ ex ratione optima uiderentur: & perinde incontinens non fuerit prudens. cæterum talis astutus quidem est. distribuimus siquidē paulo ante astutum a prudente ut inter se differrent. interim unus quide; circa hæc sollers: alter uero non sollers: astutum igitur incontinentem esse contingit: neq; enim sollers circa quæ & astutus prudentem uero incontinentem esse non contingit.

¶ De Voluptate.

P Ost hæc de uoluptate disserendū est cū de fœlicitate sit nobis oratio: fœlicitatē arbitrātur oēs aut uoluptatē esse & uitā delectabilē: aut nō citra uoluptatē, nēpe uoluptatē urgētes nec inter bona enumerandā esse existimātes ipsā citra ægritudinē esse uoluerunt. sine ægritudine esse igitur: uicinū uoluptati est: quapropter de uoluptate quoq; dicendū: nō mō quia etiā alii ita arbitrātur: uerū etiā quod nobis de uoluptate dicere necessarium esse censeamus. nam cum de fœlicitate nobis sit oratio fœlicitatemq; definierimus planeq; dixerimus in uita perfecta esse uirtutis actionem: sitque uirtus circa uoluptatem & ægritudinem de uoluptate dicere necesse est: quandoquidem citra uoluptatem non est fœlicitas. Primum itaq; dicamus quid nonnulli ferant uoluptatem in numerum bonorum non euenire existimantes. aiunt namq; primo ortum esse uoluptatem. at ortum quiddam imperfectum: bonum porro imperfecti locum nunq̄ obtinere. secundo loco uoluptates esse quasdam improbas at improbitatem nunq̄ bonum admittere. ¶ Rursus quod gignatur in omnibus. nam & malo: & improbo: & feræ: & cicuri deputatur at bonum malis ammisceri nephas: & nequidem multis commune est. quodq; non potentissimum uoluptas: at bonum potentissimum: quodq; honesta agendi sit impedimentum. nam quod honesta agere prohibeat bonum qui potest esse. ¶ Primum igitur primo occurrendum de ortu ratioq; diluenda quod neutiq̄ uera sit. est igitur in primis non omnis uoluptas ortus. nam quæ ab inspiciendo uoluptas gignitur ortus non est. nec quæ ab audiendo: & olfaciendo: neq; enim ex egestate procreata quemadmodum in aliis ut ex comedēdo: uel bibendo: hæ namq; ex egestate & redundantia fiūt. aut saturando egestatem: aut redundantiæ auferendo ideo ortus esse uideatur. at egestas & redundantia ægritudo. igitur ægritudo hic ubi ortus uoluptas. atqui inspectando, & audiendo & olfaciēdo non est ut ægritudo antecedat. nemo siquidem spectando delectatus: aut olfaciendo prius tristatus est itidem in anima sententia inspicienti delectatio est citra præcedentem ægritudinem: & perinde fuerit uoluptas aliqua quæ ortus non est. quod si uoluptas ut eorum dictat oratio ideo bonū non est quia ortus: estq; uoluptas aliqua quæ ortus non est, fuerit utiq; bonum uoluptas atqui in totum nulla est uoluptas ortus. nā neq; quæ a comedendo & bibendo uoluptates ortus dici possunt uerum hallucināntur qui has uoluptates ortus esse perhibēt putant siquidem quoniam prolatis rebus gignitur uoluptas ob hoc ortum esse sed non est: quandoquidem est pars animæ quædam qua oblectamur simul prolatis quibus indigebamus rebus: ea pars animæ quatenus

Quē admodū ire uenerea

exercetur

exercetur & mouetur oblectatur. atqui motus ipsius & exercitium uoluptas est: quod cum prolatis rebus ea pars animæ exerceatur: aut propter ipsius actionem ortum esse censent uoluptatē quod certa sit re℞ prolatio, animæ tamē pars incerta, perinde atq; si quis hoiem esse opinetur corpus quod id sub sensum cadat. nō autē animā. uerū est anima. itidē & in hoc. ē nāq; pars quædā animæ qua oblectamur: quæ simul atq; res prolatæ sunt exercetur. ideo nulla uoluptas est ortus. uerū & cōuersio inquiūt in naturā quæ sub sensum cadit. nā nō cōuertentibus sese in naturā est uoluptas. siquidē conuertendo naturæ egestatē fit eius exaturatio, at ut diximus est ut nulla egestate fiat oblectatio siquidē egestas ægritudo. at citra ægritudinē dicimur oblectari: & perinde nō fuerit uoluptas egestatis cōuersio: indignū nāq; in huiusmodi uoluptatibus nihil. Proinde si deo quod ortus est uoluptas bonū esse nō existimetur: nullaq; est uoluptas ortus: bonū utiq; fuerit uoluptas: sed propterea q nō oīs inquiunt uoluptas bonū: quispiā id depræhēderit hoc pacto. nā quia bonū in oībus dicitur esse prædicamētis nēpe in essentia: & in ad aliquid: & in quāto & quādo ac in totū in oībus. illud quoq; manifestū per oīa uoluptatē aliquā comitari. proinde quia in oībus prædicamentis est bonū: etiā uoluptas fuerit bonū: & perinde quoniā in his quidē per se bona: etiam uoluptas fuerit per se bonū. atqui a bonis uoluptas est uoluptas. bonū ergo fuerit oīs uoluptas. simul certū hinc etiā differre inter se specie uoluptates: quādoquidē differūt etiā prædicamēta in quibus est uoluptas neq; enī est quēadmodū in scientiis ut grāmatica uel quacūq; alia. nā si habeat quis splendide grammaticā itidem afficitur qui sub ea grāmatica grāmaticus eo modo quo & alius qui habeat grāmaticā id propterea differunt grāmaticæ quæ in splendido quæq; in obscuro. at in uoluptate nō ita. nā quæ ex ebrietate uoluptas & quæ ex copulatu nō eodē modo afficiūtur quāobrē specie inter se distingui uidebūtur uoluptates. Cæterū quia sunt & malæ uoluptates etiam ob hoc bonū uoluptas nō esse uidebatur at id uoluptatis minime propriū iudiciū est: sed naturæ atq; scientiæ nā est & natura mala sicut uermiū & crabonū: ac prorsus uilium animaliū. nec tamē ob hoc natura malorū eodē modo habent & malæ scientiæ: sicut sedentariæ. nec tamen ob hoc malū scientia est: sed genere bonū: tā scientia q̃ natura. nā quēadmodū statuarius inspiciendus nō est qualis quispiā sit ex eo quod euenerit male exerceri: sed quod bene: ita nequidē scientiā naturāue: aut quidpiā aliud quale sit ex malis sed ex probis itidē ergo uoluptas quoq; genere bonū est. quod uero sint & male uoluptates ne nos quidē latet. nā sunt etiā diuersæ naturæ animaliū bona & mala sicut hominis quidē bōa lupi uero uel cuiusuis alterius feræ mala similiter equi natura altera q̃ hois & asini & canis at uoluptas cōuersio est ex eo quod cōtra naturā in naturā cuiuslibet suā. proinde cuius fuerit suauissima improbæ naturæ ea improba uoluptas est: neq; enī idē est equo quod homini & nequidē aliis. at quoniā diuersæ naturæ sunt diuersæ quoq; uoluptates nā uoluptatas cōuersio est: & cōuersio inquiūt in natura insidet proinde & malæ naturæ mala cōuersio est ut probæ proba qui

¶ Poetæ nāq; q̄d cornu altero capræ amaltheæ q̄ iouē infantē aluisse fingit᷑ aiūt ambrosiā effluxisse de altero nectar nempe ut hoc cibo illo potu alleret᷑ ex quoddā esse deorū uinū rati idq; nectar: qdā ex nostris antiqs grāmaticis latie murrinā a græcis nectar dici putauere: alii qd barbaro uocabulo hodie elesir. resolui nāq; posse rētur elemēta ī suā hypostasim materiā ī quā primā q̈litatib⁹ exptē q̄q; sit ad oēs idōea excipiēdas sub eūdasq; qualitates ut cui prio adhæserit eius subeat formā inde si ab hoie assumat᷑ spūs & uiuacis naturalisq; hūoris formā admittere ac ī columē ab oī ægritudine q̈ diu assumat᷑ custodire. ide q metalla trāsmutare tāta solicitudie inqrūt alchimistæ uulgo nomīati nihilæq; q̈ hoc pquirūt ut auro affluant.

porro uoluptatem probam esse cõtendũt eo afficiũtur modo quo qui nescientes ne-
ctar deos uinũ potare existimant: nihilq; esse eiusmodi peculiare putant ex inscitia in
id delabũtur: his similes sunt qui cũctas uoluptates ortus esse asserũt: & neutiq̃ bonũ.
nam quod alias uoluptates ignorent præter eas quæ corporis sunt: eas ducũt ortus es
se: nec bonas in uniuersum. nõ rentur uoluptatem esse bonũ. quoniam igitur est uolu
ptas & conuersæ naturæ & cõuertentis. cõuersæ quidem ex egestate ad expletionem.
cõuertentis autem quæ a uisu & auditu & id genus aliis: meliores fuerint conuertentis
naturæ actiones. uoluptates nãq; utrouis modo dictæ sunt actiones. proinde nõ dubiũ
quin a uisu uoluptates: & auditu & intelligentia sint longe optimæ. Cũq; sub corpus
cadũt ab exaturatione procreentur. ¶ Rursum id dicebatur quod nequidem bonũ. si
quidem quod in omnibus sit & cõmune omnibus nõ bonũ. id certe in honoris cupi-
do: & honoris cupiditate magis propriũ est honoris siquidem cupidus solus uult habe
re. & illo cæteros anteire: uoluptatem igitur si ipsam per se bonũ esse oporteat: esse ne
eiusmodi cõuenit an nõ? atqui etiam cõtrario modo. ob id namq; bonũ esse uideatur
quod cũcta expetant agnatum enim cũctis bonũ expetere: & perinde si cũcta uolupta
tem expetũt: genere bonũ fuerit uoluptas. rursus quod sit impedimẽtum uoluptas ip
sam bonum esse negauerũt impedimẽtũ eẽ asserẽdo. quod nõ recte uideãtur cõsidera
re: neq; enim ad res trãsigẽdas est impedimẽtum si qua sit alia impedimẽtũ. ut ebrie
tatis uoluptas agere inhibuerit. Cæterum ita etiam scientiam scientiæ fuerit impedi-
mẽtum. nam nõ est ut simul utrãq; exerceas: sed cur nõ bonũ scientia si uoluptatẽ ex
scientia excitarit: & utrum impedimẽtum sit an ne? Cæterum multo magis aget uolu-
ptas nãq; ad magis agẽdum: inde suscitata impellit quia probum faciẽdo agit quæ ex
uirtute: & ea suauiter agit. nunquid multo etiam magis quæ ad actionem pertineant
exercebit? ac si oblectatus egerit probus erit. sin tristatus honesta ꝓsequat̃ nõ probus:
ægrimonia nãq; in eis quæ ex necessitate est. proinde si quispiam ægrescat honesta
prosequẽdo coactus peragit: quia necessitate agere compellit̃. nõ probus. Cæterũ nõ
est ut nõ tristetur uel oblectetur quæ ad uirtutem pertineãt persequẽdo: nec aliquod
medium est: cur? nempe quod uirtus in affectu: affectus uero in ægritudine & uolupta
te nec quidq̃ imedio positũ est nõ dubiũ igitur quin uirtus cũ ægritudine & uoluptate
sit. si quis igitur mæstus honesta prosequatur nõ bonus. proinde nõ fuerit uirtus cum
ægrimonia: cũ uoluptate ergo. tantũ ergo abest ut sit uoluptas impedimẽtum: ut etiam
ad agẽdũ exhortetur in totũq; nõ cõtingit ut sit citra uoluptatẽ quæ ab ipsa procreat̃
alia fuit oratio quod nulla scientia faciat uoluptatem. ne id quidem uerũ est cõuiuioꝝ
nãq; structores & coronarũ nec nõ unguẽtarii uoluptatis sunt effectores. Cæterũ aliis
sciẽtiis nõ est uoluptas ut finis sed cũ uoluptate nec citra uoluptatẽ est igitur etiã scien
tia uoluptatis effectrix. ¶ Rursus etiam aliter dicebatur quod nõ optimũ. uerum hoc
modo atq; hac ratione singulas ieris perditũ uirtutes. siquidem fortitudo optimũ nõ
est. nũquid igitur ob hoc nõ bonũ an id absurdũ sit? itidẽ. & in aliis quod uoluptas q̃a
nõ optimũ: nõ esse uideat̃ bonũ. ¶ Dubitauerit quispiã p uirtutes trãsiẽs huiusmodi
ut q̃a rõ quãdoq; iperat affectibus: de cõtinẽte eni hoc dicebamus & ecõuerso affectus
iperãt rõni: ut euenit incõtinẽtibus. q̃a in q̃ exps rõnis pars aiæ uitiũ admittẽdo iperat
rõni bñ dispositæ talis siq̃dẽ icõtinẽs: & rõ similiter mala: q̃obrẽ ipsa quoq; bñ dispo
sitis ꝑturbatiõib⁹ ipabit suã uirtutẽ cõtinẽtib⁹ hoc si ita: euenerit abuti uirtute: iproba
nãq; rõne affect⁹ uirtutẽ usurpãdo: ipsa abutet̃. hoc nimirũ absurdũ euenire uidebit̃.
¶ Tali sane dubitatiõi facile ex eis q̃ a nobis añ de uirrute dicta sũt ẽ occurrere atq; re
fellere

fellere. tũ demũ nãq; uirtutẽ eẽ dicebam⁹ cũ rõ bñ affecta pturbatõib⁹ suã uirtutẽ hñti b⁹ fuerit moderata: nec nõ pturbatões rõni cõsentaneæ. Ita nãq; affecta inter se inuicẽ cõsentient: ut ratio quod optimũ sit semper præscribat: perturbatiões uero facile bene dispositæ id exequant̃ quod ratio præscripserit. Si ratio igitur male fuerit affecta perturbationes uero bene: nõ fuerit uirtus deficiente ratione: nã ex utroq; uirtus. Proinde nõ contigerit uirtute abuti. Simpliciter uero nõ quemadmodũ alii opinantur dux ratio uirtutis est atq; principium: sed potius perturbationes. Ad honestũ namq; impulsum quẽdam oportet primo innasci irrationalẽ qui producatur: siue ita postremo rationẽ esse discernentẽ atq; cõstituentem. quod sane uiderit quispiam ex pueris & rationis expertibus aĩantibus: in his nãq; sine ratiõe perturbationũ impulsus exoriuntur primo ad honestum. Mox posterior adueniẽs ratio & constituens: honesta agere exhortatur. sed nõ si a ratione ad honesta cœperit prĩcipium perturbationes cõsentiẽtes comitãtur. Verum sæpenumero cõtrouersantur. quãobrẽ potius cõuenerit pturbationẽ ad uirtutẽ ante ire bene affectã q̃ rationẽ. ¶ De Fortuna.

i Nterea dicendum de prospera fortuna est. Posteaq̃ de fœlicitate nobis est oratio. Arbitrantur namq; multi fœlice; uitam fortunatam esse uel nõ esse citra fortunatam: & forte nõ iniuria. absque enim ex teris bonis quorũ dominа fortuna est fœlicem esse non contingit: id circo de secunda fortuna nobis dicẽdum. Nec nõ quis prorsus sit fortunatus: & in qbus & circa qd. primũ igit̃ ad hæc qspiã accedẽs: spectãsq; dubitauerit: qñ qdẽ nõ dixerit fortunã esse ut natura ẽ. semp cã cuius est eius ut plurimũ eodẽ mõ ẽ effectrix: At fortũa nunq̃. ue\& temere & sine ordine ac ut fors tulerit. Ideo fortũa in eiusmodi esse dicit̃: ubi neq; mens ulla: neq; recta ratio est. nã ubi id nihilominus ẽ qdq̃. ordinatũ: ac ẽ semp eodẽ mõ. nõ ita fortuna. Id circo ubi mẽs plurima: ac ratio: ubi fortũa minima. ubi plurima fortuna ibi mẽs p exigua. ¶ At nunqd secunda fortũa ẽ ut deo\& quædã cura? an id minime uideri debet? taliũ siqdẽ dominũ p̃ficimus deũ ut bona malaq; meritis distribuat. At fortũa & quæ a fortuna tã uere: q̃ ut fors tulerit fiũt? qd si huiusmodi distributori deo ascripserimus: malũ ip̃; iudicẽ faciemus neq; iustũ: id nephas deo deputare. Cæte\& p̃ter hæc ad nihil aliud fortunã qspiã ordinarit. Proĩde nõ dubiũ quin ho\& aliqd sit. mẽs certe ac ratio: nec nõ sciẽtia prorsus alienũ qddã ab hoc eẽ uideat̃. Præterea neq; cura neq; beniuolẽtia q̃ a deo: uideat̃ eẽ fœlicitas. qm̃ malis attribuit̃. Atq deũ malo\& curã habere phas nõ ẽ. reliquũ igit̃ & maxĩe peculiare fortũæ natura ẽ. Est nimi\& p̃speritas ipsaq; fortũa ĩ his q̃ ĩ nobis nõ sunt neq; eo\& quo\& ipsi sumus domini: quæq; possimus efficere. Ideo iustũ q̃tenus iustũ nemo fortunatũ dicit: & neqdẽ forte nec p̃rsus quẽq̃ aliũ uirtute p̃ditũ. ĩ nobis siqdẽ ẽ hæc habere uel nõ habere. S;. n. ĩ talib⁹ magis peculiare ac suũ dicim⁹ fortunatũ & p̃spitatẽ ĩgenuũ nãq; dicim⁹ fortũatũ: ac p̃rsus cui talia bona extiterit: quo\& ipse neutiq̃ dñs ẽ uerũtamẽ ne hic qdẽ p̃prie p̃speritas diceret̃. ¶ Est tñ fortũat⁹ sæpenũero dict⁹ nã p̃ter alicui⁹ cõsiderationẽ cũ & alicui bonũ aliqd agere cõtigerit dicim⁹ fortũatũ & eũ cui iure ĩfligi dãnũ debuerat eiusmodi hominẽ lucrũ faciẽtẽ dicim⁹ fortũatũ. Est igit̃ p̃spitas ĩ agẽdo bonũ aliqd p̃ter rationẽ: & ĩ nõ subeundo ut debuit malo. Cæte\& potius ac magis peculiare ĩ bono capiẽdo p̃spitas uideat̃ siqdẽ bonũ cape p sese fortunatũ qdã eẽ uideat̃. malũ uero nõ subire ex casu fortũatũ. ¶ Est igr̃ p̃spitas rõnis exps nã: nãq; fortũat⁹ ẽ q sine rõne ad bõa ĩpellit̃: eaq; cõseqt̃. id uero naturæ ẽ. nã aĩæ ĩest hmõi a nã quo sine rõne ĩpellãur: ad ea uñ bñ hẽam⁹: eo usq; ut siqs roget ita hñtẽ: cur nã id tibi ita libet agerẽ: nescio inqt:

sed libet.simile propemodum lymphaticis siquidē lymphatici citra rationem ad ali/quid agendū impelluntur.prosperitatē uero suo ac peculiari nomine appellare non habemus. Verum ipsam sæpe dicimus esse causam. At hæc causa a nomine alienum quiddam est quoniam causa & cuius est causa aliud est: & citra impulsum bona con sequentem causa: causa dicta est ut malum non subire: uel porro minime animo re/puratum: bonū capere: nancisci bonum. Est profecto huiusmodi prosperitas ab illa distincta. uideturque hæc ex rerum fieri interuentu: ex casuq; prosperitas: & perinde tametsi est huiusmodi prosperitas. non tamen ad fœlicitatē. Talis inq̄ prosperitas fuerit peculiaris: cuius i ipso impulsus principiū: bonoꝝ est assuetudinis. quoniā igit͂ est fœlicitas nō sine bonis externis & ea a prosperitate ut iam dudū dicebamus oriun tur: fœlicitatē coadiuuant. de prosperitate igitur hactenus. ¶ Quoniam de singulis particulatim diximus reliquū iam fuerit ut in totū cōponēdo singula accumulemus. Est igitur nō male nomē impositū in consumato probo honesta probitas. honestus & bonus nāq; dicitur cū perfecte probus siquidē uirtutis bonū & honestū fatentur: si cut iustū honestū & bonū aiunt: fortē tēperantem: ac prorsus uirtutū omniū. Q uo/niā igitur in duo distribuimus ut alia q̄dē honesta alia uero bona dicamus. & bonoꝝ alia quidē simpliciter bona: alia uero nō. Honesta porro ut uirtutes & uirtutū actio/nes. bōa certe dn̄atū: opulētiā gloriā: honorē: & id genus alia. est igit͂ honestus: & bo nus apud quē simpliciter bona: sūt bona: & simpliciter honesta: honesta sunt. Talis nāq; honestus & bonus: sed apud quē simpliciter bona nō sunt bona: is neque hone/stus & bonus: sicut nequidē bene ualere uideatur cui simpliciter salubria nō sint salu/bria. Nam si opulentia: & dominatus adueniendo cuipiam offenderint. optāda non fuere. Sed talia quæ nō offendāt sibi esse optauerit. Q ui aūt talis sit qualis correptus ex bonis ne ei adsint. Ne quidē honestus ac bonus esse uideat͂: sed cui per se bona oīa bona sint. nec ab ipsis absumatur. Vt ab opulētia: & dominatu is honestus & bonus. ¶ De eo q̄d est ex uirturibus recte agere neutiq̄ satis absolute dictū ē. Nā dicebamus ex recta ratione agēdū esse. Vtrū ignarus iterrogauerit id fortassis quispiā ex recta ra tione quid nam sit: & ubi recta ratio? est nimiꝝ ex recta ratione agere cū animæ pars irrationalis nō prohibuerit rationalē suā exercere actionē: tū demū enim ex recta ra tiōe erit actio. ¶ Q uoniā aīæ partē unā quidē deteriorē habemus. Alterā uero me/liorem semper deteriorem melioris causa obtinemus sicut in corpore & anima cor/pus animæ causa & corpus habere dicimur cum ita habuerit: ne præpediat: sed ita coniungatur & consurgat ad animæ opus perficiendum quandoquidem deterius melioris est causa: ita ut se cum meliore exerceat. Cum igitur affectus menti non in hibuerint suum opus exercere. An non tum ex recta ratione fuerit? ita propemodum uerum fortassis dixerit quispiam. quo modo affectus habuerint cum non impedient ac quando nam ita habebunt: ut non prohibeant? nescio. Hoc quippe dictu neutiq̄ facile est neq; enim medicus quando dixerit febricitanti ptisanam proferendam. At quo pacto febricitare sentiam cum inquit impalluisse uideris. At pallescentem quo modo sciero? hinc occurrit medicus: si non habes ex te inquiens ut talia sen tias: non habeo amplius quid dicam. Hoc pacto de aliis communis huic erit oratio. Similiter habet & in affectibus dinoscendis: aliquid namque per sese sen su oportet coniicere. ¶ Q uerat porro & hoc fortassis quispiam nunquid re ipsa ista cognoscens ero continuo fœlix? nam sunt qui opinentur. Hoc cer/te est huiusmodi: ut cæterarum scientiarum nulla discenti usum præbeat: & actio/ne: sed

nem. ſed habitum dumtaxat. ita nequidem hic: hæc ſciendo uſum tradit. Fœlicitas enim eſt ut fatemur actio non habitus. Neq; enim ſciendo ex quibus conſtet fœlicitas ſed ex utendo his. Atqui horum uſus & actio eſt nec eſt præſentis tractationis hoc tradere: quandoquidem neq; ulla alia quæpiam ſcientia uſum tradit ſed habitum.

¶ De Amicitia.

VErum enimuero inter cuncta huiuſmodi nobis de amicitia dicere neceſſe eſt quid ſit & in quibus & circa quid: quandoquidem ad omnem uitam ipſam tendere perſpicimus: & omni tempore bonum eſſe: quod ad fœlicitatem complectendum. Primum igitur uidebitur melius percurrere ac excutere quæ ambigua ſunt. Nam eſt imprimis amicitia in ſimilibus ut uidetur: ac dici ſolet. ſiquidem graculus inquiunt graculo aſſidet: ſemperq; deus ſimile agit ad ſimile. dicitur quoque canis ſemper in eadem tegula dormitare. interrogatus fertur Empedocles cur nam canis ſemper in eadem dormiat tegula dixiſſe quoniam ſimile canis habet tegulæ: & perinde ob ſimilitudinem eo tendere. aliis porro uiſum eſt potius in contrariis gigni amicitia. Amat ſiquidem inquit himbrem terra cum ſolũ exaruit: quippe quod inquit contrarium contrario uelit conciliari. At in ſimilibus nihil fieri contingit ſiquidem ſimile ut aiunt ſimili non eget ac talia iactantur. ¶ Iterum utrum operoſum eſt amicum fieri an facile uelut aſſentatores confeſtim aſſentiuntur: nec amici ſunt: ut eſſe uidentur. ¶ Dubitauerit in his quoq; quiſpiam num fuerit probus malo amicus an ne. Amicitia ſiquidem in fide & conſtantia: & malus neutiq̃ talis: an malus malo amicus? ne id quidem. primum igitur definiendum qualem conſideremus amicitiã. eſt namq; ut opinantur amicitia etiam erga deum atq; inanimata: neutiq̃ recte. Amicitiam namq; hic eſſe dicimus. ubi amor reciprocus. At erga deum amicitia neutiq̃ reciprocum. Et nequidem amare ſuſcipit. Alienum namq; fuerit ſi quiſpiam dixerit Iouem amare: at nequidem ab inanimatis amorem eſſe continget reciprocum: amor tamen erga inanimata eſt. ut uinum uel huiuſmodi aliud. Ideo non erga deum quærimus amicitiam neq; erga inanimata: ſed erga animata: atq; erga ea in quibus ſit amare mutuo. Quod ſi quis deinceps conſideret quid ſit amabile. Videndu; eſt igitur non quicq̃ aliud q̃ per ſe bonum. Aliud nempe eſt amabile & aliud amandum quemadmodum conſultabile & conſultandum. utriq; enim bonum ineſt. Ita etiã amabile quidẽ ſimpliciter bonum. Amandũ uero eodẽ modo bonũ Iterũ amãdum quidẽ etiam amabile. At amabile non idẽ eſt quod amandũ. Hic igitur & hac de cauſa eſt ambiguitas nũ probus malo ſit amicus an ne. Cõnectitur nãq; quodãmodo per ſe bono ſibi bonũ & amandũ amabili. Habetur autẽ & cõſequitur bonũ iucũdum eſſe: & cõmodũ. Proborũ igitur amicitia eſt cũ ſe mutuo amauerint. amãt autẽ ſe inuicẽ quatenus amabiles. & amabiles quatenus boni. Nõ igitur probus inquit malo erit amicus. Atqui erit quãdoquidẽ per ſe bonũ comitat̃ cõmodũ & iucũdum. Si malus ẽ qui ſuauis: hac de cã amicus. Rurſus q̃tenus cõmodus: eatenus amicus. Verũ nõ erit ex amabili eiuſmodi amicitia. ſiqdẽ amabile bonũ ẽ: atq malus nõ amabilis. nõ ergo pp amabile: ſed pp amãdũ. ſunt nãq; ab uniuerſali amicitia q̃ i ipſis probis eſt hæ quoq; amicitiæ q̃ ex iucũdo & q̃ ex cõmodo. Qui ergo propter iucũdũ amicus: nõ tenet propter bonũ amicitiã. Neq; qui propter cõmodũ: atqui ſunt hæ amicitiæ quæ propter bonum: quæ propter iucundum: quæ propter cõmodum. nec tamen eadem & nequidem prorſus inter ſe inuicem alienæ. Sed ab eodem quodammodo dictæ ſunt uelut medicum cultellum dicimus: medicum hominem: & medicam ſci-

entiam. hæc non similiter dicuntur. Sed cultellus quod ad medicinam utilis sit. medicus dicitur. At homo ꝙ sanitatem faciat. scientia uero quod sit causa atq; principium itidem & amicitiæ non idemtidem quæ proborum quippe ꝙ propter bonum: & quæ propter iucundum: & quæ propter commodum neq; dicuntur æquiuoce uerum non sunt eædem circa hæc quodãmodo: ac ex eisdem. ℭ Quod si quis dicat qui propter iucundun amat ei amicus non est: quandoquidem non propter bonum amicus est. Is in amicitiam proborum demigrat quæ ex his omnibus constat. Quippe ex bono & ex iucundo & ex cõmodo. proinde non est uere ex illa amicitia amicus quæ propter iucundum uel propter cõmodum. Vtrum igitur erit probus probo amicus an non? siquidem non eget inquit similis simili: hæc nimirum oratio proprer cõmodum indagat amicitiam. Nam quatenus alter altero indiget: eatenus sunt amici: quatenus propter cõmodum conciliantur. Cum aliter definiatur quæ propter cõmodum amicitia: & quæ propter uirtutem: & quæ propter uoluptatem. Aequum utiq; hoc multo magis esse qui uirtute conciliantur. Cuncta siquidem ipsis bona existunt & iucundum. Cæterum etiam probus malo nam quatenus fortassis iucundus est: eatenus etiam amicus: & malus malo. Nã quatenus ide; forte ipsis cõmodũ: eatenus amici sunt. Fieri nãq; id intuemur cu; idem fuerit cõmodum eos ob cõmodu; conciliari. Proinde nihil prohibet etiã malis aliquod cõmodu;. Esse constantissima igitur ac stabilissima & honestissima quæ inest probis amicitia quippe quod propter uirtuté ac per se bonũ nam uirtus incommutabilis & quæ per eã conciliatur amicitia constantissima est. At quæ ex cõmodo stabilis non est amicitia quippe quæ cũ commodo elabitur. ℭ Similiter etiam quæ propter uoluptatem: optimorum igitur amicitia quæ per uirtutem excitata est multorum autem quæ propter cõmodum & quæ propter uoluptatem in oneribus quæque obueniunt. Contingit autem etiam indignari cum malis amicis pariterque admirari. est uero non absurdum cum amicitia principium cæperit uoluptatem propter quod amici sunt itidem & cõmodum. Simulac enim hæc deficiunt neutiq̃ etiam perdurauerit amicitia. At sæpe perstat quidé amicitia uerum abusus amico est. ideo indignatur neq; id iniuria non enim propter uirtutem cum hoc tibi fuerat conciliata: ut alienum non uideatur nihil esse ex uirtute: quãobrem non recte indignantur qui amicitiam per uoluptaté conciliarunt quod existiment ipsam per uirtutem duraturam: fieri non potest. Non enim quæ propter uoluptatem & cõmodum ex uirtute est. uoluptate igitur conciliati non recte uirtutem quærunt. neq; enim comitatur uoluptatem & cõmodum aliquod uirtus. Sed contra ea ambo uirtutem consequuntur. Alienum enim nisi bonos putare sibi fore iucundos: quandoquide; mali ut inquit euripides ipsi sibi sunt iucundi. Malus uero malo contabescit nec eni; uoluptate; uirtus comes consequitur: sed uirtute; uoluptas comitatur. Vtrum uero etiã oportet in amicitia proboru; esse uoluptatem an non? Alienum eni; non uideri oportere na; si ab ipsis inter se inuicem auferas suauitate; alios ad consuescendũ in uita iucundos amicos adeunt. Na; ad simul uiuendu; nihil maius est q̃ iucundos esse: quãobrẽ alienu; est non arbitrari probos maxime simul inuicem uitam agere id uero citra iucundum non est. Expedit ergo ut uidetur his maxime iucundus esse. ℭ Quoniam distributæ sunt in tres amicitiæ species in hisq; ambigebatur utrũ in ipsa æquabilitate amicitia esset: an ĩ eo quod esset inæquabile. Est igitur in utroq;. Nã proborũ per similitudinẽ perfecta amicitia est: at quæ per dissimilitudinẽ ea quæ propter cõmodũ. Nã eo modo copioso pauper ob iopiã q̃bus

affluit

affluit diues amicus est: ac eadem de causa malus probo. Si quidem propter uirtutis inopiam a quo sibi opitulatum iri putat: ei ob hoc amicus est. Fit igitur propter com modum inter dissimiles amicitia Hac de causa dixit Euripides amat imbrem terra cum solum exarescit. His utpote contrariis amicitia ob commodum exoritur nam si libeat maxime contraria facere inter se inuicem utilia ut ignem & aquam componē do, ignis si desit humor absumitur quem sibi attrahit tanq̄ alimentum. tantum qui/ dem ut non succumbat. Nam si superarit humor: ignis absumitur. si uero moderatus conferet. non dubium igitur quin in maxime contrariis ob commodum sit amici/ tia. Deducuntur autem amicitiæ omnes tam ipsa æqualitate q̄ inæqualitate in tres di stributæ species. ℭ Est autem in cunctis contentio inter se inuicem amicitiis cum ne quaq̄ similiter amauerint uel fecerint uel suppetiuerint: uel cum id genus aliquid ut cum unus quidem uehementer facit alter uero deficit. in definiendo inclamatio est: atq; incusatio. Præterea in talibus idem est amicitiæ finis ut si utriq; propter commo/ dum inter se inuicem amici concilientur: aut propter iucundum: aut propter uirtutem defectus qui ab altero exploratus ac certus. Si igitur plura tu mihi bona contuleris: q̄ ego tibi non ambigo quin tu de me benemeritus a me plus amari debeas. V bi autem non hac amicitia amici fuerimus ibi maiores differentiæ. Defectus siquidem ab utroq; incertus. Vt si propter uoluptatem unus quidem sit amicus: & propter com/ modum alter. Inde oritur ambiguitas: neq; enim qui commodo excedit uoluptatem censet dignam quæ cōmodo rependatur. Nec qui uoluptate superat dignam grati/ am in ipso cōmodo se existimat accipere idcirco in eiusmodi amicitiis magis exori/ untur differentiæ. ℭ Q ui uero ex inæqualitate amici sunt nempe excedentes opi/ bus: uel alio huiusmodi aliquo: non sibi censent amandum esse sed ab inferioribus amari oportere existimant. at amare melius est q̄ amari siquidem amare uoluptatis actio quædam est: & bonum. ab eo autem quod ametur nulla actio est nempe cogno scere melius q̄ cognosci. Cognosci enim & amari etiam in carentibus anima existit at cognoscere & amare rebus animatis. ℭ Rursus beneficium esse melius q̄ secus: qui amat quatenus amat beneficus est. amatus uero quatenus amatur non. Sed ho/ mines honoris cupiditate incensi amari q̄ amare malunt: quod quatenus amantur uideantur præcellere. Aamatus siquidem uoluptate uel copia uel uirtute præcellit. At honoris cupidus eminentiā affectat. & qui excellunt: sibi non amandū esse arbi/ trantur. Q uod in quibus excedunt amantibus rependi opinantur. Item ipsis sunt deteriores illi: ob hoc non censent amare debere: sed amari: sed qui egenus pecunia/ rum aut uoluptatum aut uirtutis is affluentem suspicit: & amat quod ea consequatur aut se consequuturum opinetur. ℭ Sunt autem & aliæ ex consimili affectu conciliatæ amicitiæ ex eo quod cuipiam bona uelint in quibus non est cuncta hæc compræhen/ dens facta amicitia. Nam sæpenumero alii bona uolumus: ut tamen cum alio uitam agere malimus utrum hos amicitiæ dicere oportet an consumatæ amicitiæ: nempe per uirtutem affectus: in ea siquidem amicitia hæc insunt cuncta. nam cum alio nemi ne uitam agere libuerit: Siquidem iucūdum & cōmodum & uirtus in est probo: cui bona imprimis uoluerimus: & cum ipso uiuere & bene uiuere non cum quoq̄ alio magis. ℭ Nunquid sibi & erga se amicitia an non? id nunc ommittamus dicemus postea sed enim nobis ipsis cuncta uolumus. nempe nobiscum uiuere uitamq; duce/ una uolumus id fere etiam necessarium & bene uiuere & uiuere ac bonum uelle non cuiquam alii magis. ℭ Rursus similium affectuosi imprimis sumus nobis ipsis: nam

si labatur uel in huiusmodi aliquod decidamus confestim tristatur. hac de causa
uideatur erga se sibi amicitia. talia quidem certe ut in similitudine affectionem & be-
ne uiuere. & id genus alia: aut erga nos ipsos dicimur referre amicitiam: aut ī eā quæ
perfecta sit. In ambabus enim sunt hæc omnia nempe una uitam agere & esse uellet
& bene esse: ac cætera omnia in his sunt. ℂ Rursus uideatur fere in quibus iustum est
in eisdem esse amicitiā q̄orbem quot iustorum sunt species totidem & amicorum
iustum certe est & hospiti erga ciuem: & seruo erga dominum: & ciui erga ciuem: &
filio erga patrem: & uxori erga uirum: & quæcūquæ simpliciter aliæ conciliationes &
amicitiæ sunt ī horum singulis. Amicitiarū uero hospitalis ualidissima uideatur. neq;
enim ullus est communis de quo ambigatur finis ut inter ciues siquidem am bigunt
propter excessum inter se inuicem: nec amici permanent. nunc demum illud dicen-
dum est utrū erga se sit amicitia nec ne.

ℂ De Amicitia erga se

QVoniam igitur perspicimus ut paulo ante dicebamus quod ex singulari-
bus amare cognoscitur singularia uero nobis ipsi imprimis uelimus. nempe
bona & esse: & bene esse similium affectantissimi nobis sumus. & nobiscū
uiuere præcipue malimus. quod si ex singularibus cognoscitur amicitia. singularia ue-
ro nobis ipsis esse uolumus: non dubium quin ita erga nos sit amicitia quemadmodū
& iniuriam erga nos ipsos esse dicebamus: nam quemadmodum alter quidem affi-
ciens iniuria: alter uero affectus iniuria duus & idem est & ob hoc nequidem esse
uidebatur iniuria: est nimirū ut dicebamus in animæ partibus considerationem ī asse-
tes: quādoquidem est uidere cum plures non consentiunt tum aduersum se esse iniu-
riam. ita igitur hic erga se esse uideatur amicitia. nam quoniā amicus est ut famur cum
demum uoluerimus impense amicum dicere una mea & huius anima ē. At quoniam
animæ plures sunt partes tum una fuerit anima cum erga se inuicem consenserint: ra-
tio & perturbationes. ita namq; una erit perinde atq; si una facta sit: erit erga se amici-
tia hæc autem erga se erit in bono amicitia: quandoquidem in eo solo animæ partes
bene inter se inuicem habēt. quando inter se non differunt. quoniam malus nunquā
sibi amicus est. se namq; semper oppugnat nempe incontinens cum quid per uolupta-
tem nequiter egerit mox pœnitentia afligitur: ac se excruciat. itidē & in aliis uitiis ma-
lus habet sese oppugnādo ac sibi aduersando. ℂ Est autem amicitia etiā in ipsa æqua-
litate ut sociorū p æqualitatem numero & potestate bōi. neuter siquidem ipsorum de-
bet altero plus sibi ascire: neq; numero bonorum neq; potestate neq; magnitudine:
sed ex æquali habere socii aliqui cupiunt. at per inæqualitatem patris erga filium &
subditi & imperantis: & potioris: & deterioris: & uxoris & uiri ē consideratio. ac sim-
pliciter ubicunq; inter potiorem & deteriorem in amicitia ordo intercesserit. hæc
namq; est ex ratione in disparilitate amicitia: neq; enim unquam æquale ullus ex bo-
no dabit si meliori deteriorique dederit sed maius semper ei qui excedat id quippe est
quodammodo ratione æquale cum minus bonum capit deterior: eo qui melior est.

ℂ De Affinitate

AMicitiarum omnium quæ iam memoratæ sunt īprimis cognatus est amor
qui in affinitate: eaq; ex patre in filium: & cur nam pater filium magis amat
quam filius patrem? utrū ut non nulli inter multos recte aiunt quod pater be-
neficus erga filium sit quodq; filius de patre benemeritus sit. hæc igitur causa in ami-
citia per cōmodum conciliata esse uidebitur: quemadmodum & quæ per scientiam

spectatur

ſpectatur ita quodammodo hic habet. ē igitur inde finis atq; actio. neq; aliud aliquid præter actionem finis ut tibicini eadem actio atq; finis : perflare enim tibias ei & fi/nis & actio eſt. nō autem ædificationi nam præter actionem alius eſt finis. ℭ Eſt igi/tur amicitia actio quædam nec finis alius eſt pter actionem in amando ſed illud ide3. Pater igitur ſemper magis quoquo modo ſatagit ob hoc quod eius factio ſit filius id quod in aliis cernimus. omnes ſiquidem erga quod ipſi effecerunt ſunt quodammo/do beniuoli. pater igitur filio utpote ſuæ factioni bona uult. memoria ſpeq; adductus ideo magis filium pater diligit q̄ filius patrem.

ℭ De Beniuolentia

EXpedit autem iam dictas & exiſtimatas amicitias exiſtimare ſint ne amici/tiæ ut beniuolentia uideatur ne amicitia. ſimpliciter igitur beniuolentia neu tiq̄ amicitia eſſe uideatur. ſiquidem frequēter multis aut uidendo aut audien do aliquod de aliquo boni beniuoli efficimur an tum etiam amici an ne: neq; enim ſi quiſpiam dario apud perſas exiſtenti beniuolus quemadmodum fortaſſis fuit: confe ſtim etiam erga darium illi fuerit amicitia. at amicitiæ beniuolentia quandoq; initiu3 eſſe uidebitur. fiat nempe beniuolentia amicitia ſi uoluntatem aſciuerit qui bona po/teſt præſtare ei præſtandi inquo ſit beniuolentia moris certe beniuolentia eſt: & erga amorem. nemo ſiquidem aut uino aut cuiq̄ alii inanimato: ſuaui bono: beniuolus eſſe perhibetur. ſed ſiquis morum ſtudioſus erga ipſum beniuolētia. neq; citra amicitiam beniuolentia ſed in eodē: ut amicitia eſſe uideatur. ℭ Concordia autem eſt confinis amicitiæ ſi proprie modo dictam accipias concordiam. nam ſi quis empedocli aſti/puletur: arbitreturq; ſicut ille eſſe elemēta nūquid concors erit Empedocli an ne: uel ſi quid aliud tale primum certe non eſt concordia in eis quæ ſub intelligentiam : ſed quæ ſub actionem cadunt & in his qui idem cognouerunt: ſed ſi cum hoc intelligen/di idem delectum habeant circa quæ pariter intelligunt. nam ſi ambo dominari co/gnouerunt hic quidem ſe: ille uero ſe nunquid ſunt concordes an nō: Cæterum ſi ego me uelim imperare & ille me: iam hoc pacto concordes ſumus. eſt nimirum concor/dis eſſe in eis quæ ſub actionem cadant: cum eiuſdem uoluntate. circa ſtatum igitur do minantis in eiuſdem quæ ſub actionem cadant proprie dicitur eſſe concordia.

ℭ De erga ſe amicitia.

VErum quoniam eſt ut diximus ſua alicuius erga ſe amicitia: utrum probus ſe/ſe amabit an ne: eſt certe ſe amans qui ſua de cauſa agit omnia : ubi modo ali qua ſuggeratur utilitas malus igitur ſui amans erit : ſua de cauſa agit omnia. probus uero non. hac enim de cauſa eſt probus: quod alterius cauſa id agat. & perin/de ſui amans non eſt ; atqui omnes ad bona proſiliunt opinaturq; ſua in primis eſſe oportere: idq; præcipue manifeſtum eſt ex opulentia ac dominatu. probus igitur alii hæc ſtatuet. nec ut officioſum in primis ſibi : ſed ſi alium uiderint qui his commode magis uti poſſit facile conceſſerit, at alii hoc inſcitia quadam non facient. neq; enim opinantur talibus bonis abuſuros: uel etiam ob honoris cupiditatem imperant. pro bus uero horum neutrum efficiet: & perinde nequidem propter eiuſmodi bona ſui amans erit. uerum ſi honeſtas poſtularit: id enim ſolum nemini alii conceſſerit, at cō/moda & iucunda ceſſerit. itaq; indelectu honeſtatis ſui amās erit. at ubi commodum ac iam dicta uoluptas affectabitur improbus erit non bonus.

ℭ Quo modo probus ſe ſe diligat.

u Trum probus se se maxime amabit an non? est certe ubi se se maxime ama bit; est ubi non: nam cum dicimus probum bona cedere quæ ad utilitatẽ ten dant amico: magis q̃ se amicum amauerit? ita uerum amico concedens sibi honestatem accommodat eoq; modo ista concedit. Est igitur ubi amicum se magis diligat, estq; ubi se se maxime. in ipso namq; commodo amicum. at ubi honestum & bonum: ipse se se maxime diligit. ℭ Est igitur boni etiam amans: nec sui amans. nam si solum se se amat quod bonus: malus sui amans est. neq; enim habet qua propter se amet sicut honestum aliquod: sed citra hæc ipse: quatenus ipse est: se se amabit: & perind e hac de causa proprie sui amans diceretur.

De eo quod sibi satis.

D Icendum de eo quod sibi satis & non altero indigens. Vtrum qui sibi satis egebit amicitia an ne? nempe ipse sibi satis erit etiam ob hoc. siquidem etiam poetæ talia iactitant cum dæmon bene dederit: quid amicis opus est? un de etiam gignitur inopia. Vtrum qui cũcta habeat bona quiq; sibi satis sit amicis egebit? an tum etiam maxime? cui enim benefaciet aut quo cũ uitã ducet? neq; enim solus deget. quod si his opus erit neq; contingunt hæc citra amicitiam. qui sibi satis est egebit amicitia. ℭ Q uæ igitur in sermonibus consueta capi similitudo ex deo: neq; illic recte neq; hic fuerit utilis. neq; enim si deus sibi satis nec ullo indigens: ob hoc etiam nos nullo indigebimus. est nimirum iactatus de deo huiusmodi sermo. nam quoniam bona cuncta obtinet deus ac sibi satis est quid faciet. neq; enim dormiet inspiciet aliquid inquiunt id namq; pulcherrimum: & maxime peculiare quid igitur inspiciet. nam si quicq̃ aliud inspiciet id erit melius hoc uero absurdum est: ut se quidq̃ melius habeat deus ipse se se igitur inspiciet. at hoc delirum nam homini qui se se suspiciat utpote attonito inclamamus quid igitur deus inspiciat omittamus. neq; de eo quod sibi deus satis sit consideremus sed de homine. Vtrum qui sibi satis is egeat amicitia nec ne. quod si quis amicum spectans uiderit quid sit & qualis amicus: talis qualis alter ego esse. tum uehementer amicum facies: quemadmodum dictum est hic alter her cules alter: amicus ego. quoniam igitur difficilimum est quemadmodum quidam dixere sapientes se se cognoscere & suauissimum. nam se nosse iucundum. ex nobis ipsis certe nos possumus inspicere. quod autem non nobis possimus. hinc certum quod aliis inclamamus nec nobis cogniti: quod eadem faciamus: id uero fit aut quia bene uolumus nobis: aut propter affectum. at nobis hæc ad recte iudicandum esse consideremus: quemadmodum igitur si uelimus ipsi nostram spectare faciem in speculo obtuemur. itidem etiam cum nos cognoscere uoluerimus amicum spectantes nosse potuerimus. est siquidem ut dicimus amicus alter ego quod si iucundum est se nosse: idq; scire non est sine altero amico: opus erit amicitia quæ sibi satis sit ut se cognoscat. rursus etiam si honestum ut est benefacere eum qui a fortuna bona obtineat: cui benefaciet? quo cum uitam aget? non enim solus deget. nam uitam ducere cum alio & iucundum & necessarium est: quod si hæc honesta & iucunda: nec nõ necessaria: & hæc sine amicitia esse non possunt: opus erit amicitia quæ sibi satis sit.

De multorum amicitia.

u Trum multos habere amicos e xpedit an paucos? neq; profecto multos ut paucis absoluam: neq; paucos oportet. nam si multi erunt amorem in singulos distribuere erit operosum. in cunctis siquidem aliis imbecilla natura nostra in plurima peruenire non pote t. neq; enim uisu diutissime possumus: sed si plus

mediocritate

mediocritate institeris ob imbecillam naturam deficit: neq; auditu neq; aliis eiusmodi omnibus. quod igitur amare non possit deficit iusq; fuerit ut inclametur coarguaturq; quod amicus sit nec amet. Cæterum hac ratione esse non postulat amicitia.

¶ Rursus si multi: nunquam morrere desierit inter multos namq; par est ut aliquod semper accidat infortuniu3: unde tristari necesse sit. neq; porro paucos unũ uel duos esse expedit: sed inter parũ & multũ ut tempus utq; ad amandum satis sit impulsus.

¶ Quo modo amico utendum sit.

d Einceps considerandum fuerit quo modo utendum sit amico: est profecto non in omni amicitia coniectatio: sed in qua se inuicem amici obiurgant. atqui nõ aliis eodem modo se obiurgant: sicut in ea quæ patris erga filium: eadem non est inclamatio: ut par fuerit in nonnullis quemadmodum ego tibi: & tu mihi. quod si non hic tam uæhemens fuerit inclamatio. at in amicis inæqualibus non est par: est uero patris erga filium amicitia in minime æquali. itidem uxoris erga uirũ: aut uernæ erga dominum. prorsusq; deterioris & melioris: in eiusmodi non erunt inclamationes sed ubi pars amici & in ipsa amicitia talis erit obiurgatio. Proinde considerandum quo pacto utendum amico fuerit in ea demum amicitia quæ inter pares fuerit conciliata.

¶ Magnæ Aethicæ Aristotelis Fæliciter Expliciunt.

¶ Georgius Valla Placentinus Serenissimo Venetorum Duci Augustino Barbadico Salutem Dicit Plurimam.

p Selli philosophi singularisq; medici de salubri uictu ad constantinum imperatorem tibi augustine barbadice princeps serenissime latinum faciendũ esse censuimus: quod prisco ritu tam sublimis princeps sine munere adeundus non uideretur: eiusq; generis esse munus oportere: ut mihi quidem exhibere: tibi uero conueniret admittere. Proinde cum nobis sapiente principe nihil optabilius: nec tibi in hac uita carius sanitate: & uitæ longitudine in tam eximia fœlicitate esse debeat: iure hunc librum protulimus: qui hæc te commoneat & nos de tua salute minus habeat sollicitos. Quo tua porro mirifica sapientia in hac rei publicæ administratione diuino nutu ducente nulla iniquitate nos grauari sinat: aut agitari. De multis namq; præcipuis a psello collecta scriptoribus quæ sanitatem prætendere pollicerique uiderentur ad imperatorem: quem magnopere incolumen esse cupiebat: eadem tibi æquum fuit destinare: Quando non magis ille constantinum suum: q̃ nos nostrum te principem esse affectamus incolumen sapientia insignem: & probitate præcipuum: eidem opusculo Galeni quoq; clarissimi medici de optima corporis humani confirmatione: eiusdemq; de bono corporis habitu opuscula ex græca tibi trãsferentes lingua subdidimus: cum medici doctissimi autoritate commoti: Tum maiestate tua erecti hanc tantam: tanq; ratam humani corporis commoditatem: omnes tua de causa qui opem ferre cunctis studes: ut optimum principem decet: te latere nefas esse putauimus: itaq; iam psellum ipsum audi per nos latine loquentem.

PSELLI AD IMPERATOREM CONSTANTINVM DE VICTVS RATIONE GEORGIO VALLA PLACENTINO INTERPRETE.

ET HOC tuæ opus prouidentiæ: sublimisq; ingenii nec non mirificæ lenitatis præscriptum est constantine sanctissime & maxime imperator quod uulgares ifimosq; æque ac philosophos & disertos homines usum uelis honestissimorum & commodissimorum ad uictum pertinẽtium habere: atq; peritiam nec non ut ab iis contrariorum uitam tueri possint: & mala auertere. nosq; incessis quod curam habeamus nullã eorum qui parum possint illis notissima rerum non utendo appellatione quæ de foro ac triuiis fuerit assumenda. utemur nimirum ut non exquisitissimis & usurpatis a græcis nominibus ita non a barbarie corruptis: alienum namq; sit mediocriter institutos hæc ignorare & græcis consuetissima cunctis, quorum in præsenti editione trademus cognitionem in primo itaq; loco uictum ponemus eorum quæ boni sint succi atq; ita interiectim quæ attenuent & densent. quæ facile concoquantur. dein quæ stomacho prosint ipsumq; confirment. Post id quæ secent & abstergeant & obstruant hinc quæ citent & quæ astringant aluum. Mox quæ sanguine improbum & malo humore refertum generẽt. Post quæ singulos humores pariant. subinde quæ inflationem amoueant quæq; inflent quæ crassi humoris & multum alant & contra quæ parum alant quæq; redundantia & superfluentia sint deniq; aperietur quis uictus tenuitatem & quis densitatem adducat.

De eis quæ boni sunt succi.

LOnge optimi succi est lac recens omnium fere animalium. recens autem est bene habentium animalium quod confestim bibatur cum primum mulctum fuerit. id sane sumendum est ante cibum omnem ac potum nec quicq̃ aliud cum ipso manducandum quo ad concoquatur atq; digeratur. nam si quid uel parum modo ei ammisceatur ipsum corrumpitur & quod cum eo assumptum est. præstat igitur matutino tempore id bibere statim mulctum nec inter ibi comesse quicquã clæmenter in ambulando. Primum igitur aluum citat dein impensissime nutrit nec ultra excernit: sed sistit aluũ. Post ipsum lac maxime nutrientia sunt oua tremula sorbiliaq; gallinarum imprimis uitelli. deterrima anserum. Carnes præcunctis gallinæ & phasiani: nec non gallorum testiculi: deinde aliarum uolucrium perdicis attagenæ columbinam carnem uita magisq; coturnicis admitte turdos & merulas iuuenes passeres montanasq; auiculas nec non trogletæ quæ hirundinibus per similes pedibus curtis foraminibus turrium solum se committunt. his duriores & difficulter concoquuntur turturis inde anaticis: pauonis anseris. gruis magis redundantes anserum & cygnorum & otidum. Inter omnes illæ demum melioris succi quæ animalium sunt adhuc crescentium nempe subiectorum alimentis: seniles utiq; improbæ omnes. bonæ in agris uitam agentes in totum quæ exercitatæ: quæq; aridiore utantur nutrimẽto quæq; purum ac tenuem respirant aerem e contrario malæ quæ cibis uescantur humidioribus & quæ minimum exerceantur: molli illa carne expleri possis. at hac parce uescẽdum. Inter terrestria uero animalia hedina caro agninam præstat. deterrima omnis quæ cum pelle coquitur. Inter pisces maritimi p̃stant & saxatiles in quibus mulli rhombi pagari oratæ: dentici. Pessimi autem mugillis imprimis inde lupus inde triglæ quæ manducando gustui non respondent quæq; intus herbam non habeant. Inter bonũ

& ma lum

& malũ ſuccũ bugloſſũ.pſiſiũ.In totũq; electi ſũt piſces q glutioſi nõ ſũt q̃q; guſtu nõ di
ſpliceãt iter terreſtria aĩalia ſues porculi ãniculi.myſtariaq; & pedes & auriculæ.ferorũ
q̃ cicurũ caro ſucci melioris.Inter panes q frumẽtaceus purus bene inſtructus ſiligina
ceus'fermẽtatus ut decet ordeaceus expurgat⁹ & furnace⁹ q̃ clibanari⁹.Inter legumi
na fabæ:cicer rufũ.Arborũ fœtus ficus tẽpeſtim & uuæ maturæ q̃ paululũ mõ pẽſiles
aridæ ficus q̃ oĩa cũ ,ppere cõcoquũt' boni:cũ uero ĩ uẽtre diutius cõmorãt' ĩprobi ſuc
ci euadũt. ſi cũ nucibus aut auellanis: amygdalis ue mãducent' nõ offendũt.at cũ aliis
mãſæ eduliis ficus tã recẽtes q̃ aridæ uuæ ue plurimũ lædũt.caſtaneæ nõ admodũ ma
li ſucci.meliora'piſtacia & amygdala. Inter holera lactucæ cichoria ĩtiba.Inter uina q̃
odorata & cõcoctu facilia q̃d ſi obſtructio opilatioq; interuenerit ſumẽdũ erit mulſũ
uinũq; tenue & albũ ius ue aq̃ cõfectũ ex alio & cæpe excocta cõpoſitis pipe & origa
no & thymbra & ſinapi.bonũ ius ex apio petroſelino mentha pẽtartymo cumino.
aniſſo:dauco ruta.hæc oĩa cõpoſita p̱dictũ p̃bẽt nutrimtũ. ℭQ uæ facile cõcoquãt'.

P Anes bene parati hoc eſt bene ſubacti ĩ fermento temperati & leniter cocti
& mediocriter ſalſi. Inter piſces cuncti ſaxatiles gobius:torpedo. trechum
omne genus.uolucrũ pullorũ gallinaceorũ caro p̱dicis attagenæ.colũbina
nõ bona:in totũ optima pinguiũ & iuuenũ alarũ.mala tenuiũ & uetulorũ altiliũ. An
ferculorũ lacte nutritorũ iecur itidẽ uolucriũ præcipue gallorũ teſticuli. In bubula car
ne præſtant uituli.& caprina hedi horum omnium imprimis quæ in aridis paſcun-
tur locis.oua tremula ac ſorbilia.Lactucæ intiba.malua bugloſſa: colocintha cum fer-
buit.amygdala magis anedone. ℭQ uæ difficulter concoquantur.

C Aprina caro:bubula:ceruina.deterior hirci.Inde arietũ inde taurorũ.In to
tũ uetera animalia difficulter cõcoquũtur omnia aluus difficulter cõcoqui-
tur.Inteſtina uulua. cor.iecur.aures.caudæ.renes: oĩa p̃cordia ac interna.ce
rebrũ.medula & ætate perfectorũ animaliũ teſticuli. anſeres. anates querquædulæ
aquaticæ omnes uolucres præter alias phaſſæ:ſturni paſſerum pullorum caro durior
adhuc magis turturis & anatis. impenſiuſq; pauonis alui omnes uolucriu; difficiles
concoctu. cochliæ:limaces.oxigala.caſeus uetuſtior. conchilia. aſtaci paguri. cancri
camari carabides octapodia. ſepiæ.polypi moſchitæ.calamaria.bati. liobati. limæ.
dracões ſcorpidia.triglæ pagari.oua oburata aſſaq; & fricta.faba ſiliquæoẽs.phaſelli.
cicer.oriza.halica.panicũ.miliũ.lens.ſeſamus.caſtaneæ.dactili. ſiliquæ citri cortex.
rapa.napus crudi.bulbi crudi.daucus cũctæ holerũ radices & hollera ipſa minus p̃ter
lactucã & intibũ.Inter uina q̃ craſſa & auſtera dulciaq; & noua:& aq̃ uis nimia.

ℭQ uæ ſtomachica & confirmantia.

DActili q acerbiores.mala cydonia.oleæ aſpræ colymbades & cũ aceto cõfe
ctæ uuæ paſſæ acerbeſcẽtes uuæ uinaciis dẽptis nuces cũ ficubuſ.tubera.cina
ra q carduus pineus.ſinapi.rapæ napi ualide cocti.naſturciũ.bulbi.q appetẽ
tiã exacuũt.capparis.citrei cortex.pira p̃cipue acerbiuſcula.caſeus.uinũ acerbeſcẽs au
ſteriuſculum.maxime conducibilia ſtomacho abſinthium & alohe.

ℭQ uæ ſtomachum ſubruunt.

SEutlũ ut euerſionẽ faciat cũ multũ aſſumit' napi rapæ crudæ ĩproba ſtoma-
cho: ut bñ coctæ ſtõacho bonæ blitta chryſolachanũ niſi cũ aceto & garo
& oleo comedãt'.ſeſam⁹.lac frigidũ refrigerãtia nãq; uẽtrẽ acumẽ generãt
at q̃ calida.ſuſcitãt uẽtrẽ.Improbi febricitãtibus pepones nõ bene cõcocti:q̃d choleri
cas ægritudines generẽt nõ inq̃ bilioſas ut male galenũ plæriq; interp̃tãt' ſed ſubuer

ſiones id nãq; eſt cholericũ. anteq̃ eni trãſmutet̃ ad uomitũ excitãt p̃ſertĩ; redũdãter aſſũpti: niſi qs mõ boni ſucci aſſumat edulia. Cerebrũ oẽ malũ ſtõacho uomitũq; cit ueluti etiã oſſis medula. Vinũ admodũ auſterũ atrũ: ac etiã acerbeſcens ac uomitũ cit. nec nõ craſſum & nouum. ℭ Quæ abſtergent ſecant & laxant.

O Rdeũ fœnũ græcũ. melopepõ. uuæ paſſæ dulces faba. cicer & p̃cipue nigr̃ & ius ipſũ magis capparis. p̃ſerti ex oxymele aut ex oleo añ reliquũ cibũ mã ſa ſeutli ius. ipſũq; ſeutlũ cũ ſinapi & aceto mãſũ. lapathũ. bulbi cæpe, alliũ porrũ & ampeloprasũ: ſed cocta bis uel ter ut acrorẽ deponãt. attenuat itidẽ. tyrogala ficus abſterget iõ q eis ueſcũt̃ e renibus multas arenoſas urinas excernũt. aridæ ficus. amygdala piſtacia. braſſica. melſacchar. oxymel. uinũ tenue. ſi frigidi ſint humores i corpore etiã uetuſtũ aqua dilutũ uinũ. ℭ Quæ obſtruũt & opilant

PAc qd̃ hẽat caſei aliq̃tũ neq; tutũ eſt eo frequẽter uti qd̃ nõ par̃ offendat ut mœtæ ſũt & renes & calculoſos. obſtruit ẽt iecur. ficus tã recẽtes q̃ aridæ cũ edulii loco aſſumũt̃. dulcia fere obſtruũt. ne ergo ledãt mãducent̃ cũ hyſſo po aut origano. aut pipere añ aliũ cibũ atq; ita nõ mediocriter ꝓfuerit mel quoq; deſ pumatũ ac ſecus p ſe malũ p̃cordiis dactili uirides & q̃cũq; ex ſiligine cõfecta opilant & ſplenis augumẽtũ faciũt calculoſq; generãt. itidẽ farinacea cũ lacte oĩa. uinũ dulce etiã obſtruit & p̃cordior̃ tumores intendit. ℭ Quæ uentrẽ citant.

LEntis prima i decoctiõe ebulitio feruefactioq; itidẽ braſſica p̃cipue cõfecta ex oleo & garo. cruſtaceã teſtaceãq; tunicã habẽtiũ piſciũ ius ut aſtacor̃: pa guror̃ mutilor̃ cõcharũ & id genus aliorũ. nã ſi qs hæc coq̃t inde cõcinet coctionẽ ex oleo & garo ut dictũ eſt & pipere facile aluũ citauerit. Cæterũ marinorũ echinorũ & cõchiliũ iura ut ẽt ueter̃ gallorũ p̃ſerti rufforũ ſubducũt aluũ iura. panis quoq; cibarius qd̃ multũ hẽat furfurũ fœni græci ius ex melle coctũ ĩde potũ aluũ ſub ducit ſecũ agẽs i ĩteſtinis hũores. mel ãmixtũ parũ eẽ oportet ne uellicet: oleæ colym bades cũ garo añ aliũ cibũ mãſæ. tyrogala cũ pauxillo optĩo melle ꝗ ſi hepaticos uelis facere colicos quos diximus ſalis multũ ĩmitte iuuenes aĩaliũ carnes magis q̃ ueteres ſubducũt & extrema plus mediis ex piſcibus torpedines. turtur mediocriter cit aluũ. ſeutlũ. lapathũ, recens caſeus cũ melle chryſolachanũ. blittũ colocyntha. pepon ficus aridæ & uirides: uuæ dulces cũ uuidæ fuerint ſycamina pura ſiqdẽ in aluũ deſcendunt primo cibo ſũpta & ciũt aluũ mãſa uero poſtremo aut ẽt malũ humorẽ offendẽtia in uẽtriculo corrũpũt̃ id facit colocyntha. nuces uirides & aridæ aq̃ maceratæ & pellicu latæ damaſcæna humida & arida melle cõfecta madefacta ut plus teneãt mellis man ſaq; ſolitaria ſi bis mellis cõpoſitio abſorbeat̃ plus ſubducit q̃ ſi dulce uinũ potites ubi nõ cõfeſti ꝓfuerit: ſed aliq̃diu ĩterfuerit. ceraſa dulcia. rhodacina mollia & cũcta hũi da & aquoſa uẽtri ciẽdo idonea ob hoc media hor̃ edulior̃ ẽ fere materia qd̃ i ea nõ ſit acror ullus. Cæter̃ dulce uinũ his idoneũ. ℭ Quæ aluũ cohibent

DActili q acerbiores: uuæ paſſæ q̃ acerbæ ſycamia horna. myrti baccæ. unedo nes acria pruna. poma acerba. pira dulciora tñ poma oĩa cũ acore ciũt aluum mala granata pira. lac refrigeratũ ut cõcreſcat. aſtaci. paguri cãcri. carabidæ q̃ ſi coq̃s & haurias hũorẽ aſtrĩgũt aluũ ſicut oſtrea cõchæ & ſimiliũ caro. lẽs et braſſica bis cocta aluũ cohibet ne mediocriter coquat̃ in aqua profundat̃ inde i aliã ĩmittas calidã & plurimũ ibidẽ coxeris quoad remolleſcat. oriza panicũ miliũ halica, lepori na caro. uinũ acerbũ: & rutilũ: Quæ mali ſucci.

ℭ Succi uitioſi nõ una ẽ ſpẽs nã ẽ q̃ magis pituitoſa. ẽ q̃ bilioſior. ẽ q̃ magis atra redũ dat bile. Abſtinẽdũ ſane ab oĩbus eduliis q̃ malos hũores gignũt tãetſi facile cõcoq̃t̃

ab aliqbus. oli nãqꝫ hũoris uiciositas ĩ uenis residẽs cũ occasionẽ mõ p exiguã putrefa ctiõis admiserit febres excitat curatu difficiles. sũt aũt mali succi huiusmõi ouiũ caro & caprarum itidem quæ acres. hircorum pessima ĩde arietũ ĩde tauroꝝ. In totũ pessima uetera. Leporina caro ꝙ sanguinẽ generet crassiorẽ mĩus mali succi bubula & ouina. mali quoqꝫ succi ceruoꝝ renes. mali succi testiculi cũctoꝝ fere aĩaliũ ꝑterq̃ galloꝝ. Itẽ malũ cerebꝝ spinæ medula lien. Iecur aliquantũ deteri⁹ suillũ cũcta ĩtranea aĩaliũ ma li succi. oua fricta. caseus antiqu⁹. siliquæ faselli lens. cicercula. eruilla. eruũ. siligo. pani cũ. miliũ & id genus alia. Inter pisces dracones lupi: mugiles. scorpii. triglæ q̃ caridas deuorãt & cetarioꝝ omne genus. fœtus arboꝝ fere oẽs min⁹ aliis ficus & uuæ: pira. in cucurbitaꝝ genere tetrãgura magisqꝫ ĩter ea q̃ dura. pepones colocyntha melior si be ne cõcoquat᷑. sin male mali succi ẽ. holeꝝ nullũ boni oĩo succi. mediocris ẽ lactuca & cichoriũ & buglossa. inde malua ĩde chrysolachanũ & portulaca & blittũ & lapatum. Radices stirpiũ holerasaꝝ mali succi acres ut cæpe. porra. allia & brassicæ thyrsus. dau cia rapæ napi nisi admodũ cocti. brassica. bulbi nisi admodũ cocti. cæpe tñ & allia & porra & ampeloprassa bis feruefacta malũ deponuntt succũ mali succi prorsus agre- stia holera ut agrestes lactucæ. picrida & id genus alia. uina crassa & male olentia. & austerissima.

Quæ Pituitosa.

Animaliũ neruosæ partes pedes. pelles. cerebꝝ. pulmo spinæ medula. agnina caro Caro testaceã pellem habentium & mollium carne. poma præter parauisa quæ non ita. tetrangura.

Quæ Atrã bilem generant.

Carnes bubulæ. capriæ. magis taurinæ & hircinæ leporiæ: ceruinæ. aprinæ. uetulæ carnes. pisciũ cocleæ. inter holera brassicæ & arboꝝ ramusculi salsa oĩa cõfecta. inter legumina lens melãcholicũ eduliũ triticeĩ panes & q ex milio: lolliũ quoqꝫ. inter uina crassa & atra: siliquæ. cinara.

Quæ Biliosa.

Mel facile ĩ flauã bilẽ uertit᷑. & calida corpora uina dulcia & qcqd dulce facile ĩn calidis corporib⁹ biliescit.

Quæ glutinosos humores generent.

Panes siliginacei & siligo ipsa & mẽbra aĩaliũ cartilaginosa ossa. auriculæ. mustax circa labra. porculi caro recens agnina. sesamus halica oriza bulbi. Dactili.

Quæ crudos humores generant.

Dactili uirides napi. rapæ radix cũ qs eis saturabit᷑ caro crustaceã pellẽ hñtiũ & du ræ carnis q̃ ex multa coctiõe ĩus eiectãt & carne mollia ut octapodia. sepiæ. Calama- ria. thynni. lacerti xĩphiæ. Cæteroꝝ animaliũ ptes uẽtres ĩtestĩna uulua. oxigala casei molliculi. lupini. uuæ cũ in aluo cõmorant᷑ q̃ frigidos quoqꝫ hũores generãt. cumi- nũ. libystici radix & sæmẽ lini grana. cãnabis sæmẽ. faba. bulbi bis cocti ĩ oleo & garo cũ aceto mãsi. mel frictũ. oxymel itaqꝫ & flatus discutiũt panes ordeacei cicercula fasel li. miliũ lac ꝑcipue frigidũ uina dulcia simulqꝫ austera. ficus ꝑcipue uirides aridæ quo qꝫ at nõ tm̃. panes sine fermẽto nõ satis cocti siliquæ faselloꝝ lẽs. faba fræsa ceruina caro. capria. bubula. leporina. porcina renes. testiculi. cerebrũ. spinæ medula. linguæ partes postremæ. omnes casei. oua obdurata magis fricta. castaneæ. glãdes. tubera. poma sapa ac defrutum ut uinũ quoqꝫ dulce.

Quæ alunt multum.

CAaro Bubula. bouũ cerebrũ testiculi cor. spinæ. medula. omnis medula. alæ anserũ. anatũ: querq̃dulaꝝ magis gallinaꝝ: capoꝝ. phasidũ ꝑdicũ pauonũ & oĩuꝫ uolucrũ uẽtres q̃ crustaceã pellẽ habẽt ut ostrea cõchylia astaci pagu ri. carabidæ cãmari. sepiæ & id genus alia. torpedo pagarus mullus turtur dentices ora tæ. triglæ oua obdurata. panis siliginaceus & ex poline tantũ. fabæ. cicer. fœnũ græcuꝫ siliquæ castaneæ. lentes. dulces dactili uuæ passæ dulces & pĩgues. rapæ napi. bulbi bis

coćti.mel despumatũ: & mulsũ bene concinatum puls.oriza. halica.uina crassa rufa atraq; & dulcia & austera.

Q uæ parum alunt.

ANimaliũ extrema.uulua aluus.intestina.cauda.auriculæ.axũgia in totũ uolucres oẽs minus alũt q̃ quadrupedes aĩantes.& quæ senuerũt q̃ q̃ crescunt pisciũ nutrimentũ ẽ sanguinis tenuioris.crustaceã pellẽ habẽtibus quæ mollis carnis ut ostrea.panes ordeacei.panis triticeus.amylus miliũ.panicũ.plus faba uiridis sycamina auellanæ amygdalæ pistacia damascenæ.harmoniaca.oleæ atræ nuces zizipha.corna.pruna.capparis seutlũ.lapathus portulaca.rhaphanũ.sinapi nasturciũ asparagus.cæpe aũt & allia & porra.& ampeloprassa cruda p exiguũ corpus alunt.cocta bis aut ter ĩpendio minus.pira colocyntha uuæ passæ acerbæ & macræ.ficus aliq̃to plus nutriũt rarã faciũt carnẽ minus oĩno uuæ ficubus alunt,uina acria:alba uel rubella.

Q uæ redundantia.

ANseres anates querq̃dulæ. colũbi.palũbes cũcta ĩterna animaliũ.iecur.lien renes ĩtestĩa uulua spinæ medula.aues quæ ĩ stagnis paludibusq; pascũt oẽs.fabæ uirides faselli cicercula eruũ.lactẽtiũ pecoꝝ caro oĩs & ociosã uitã.agẽtiũ iter.pisces.fluiatiles stagnãtes &ĩ luto cõmorati &maria oĩa cætaria. ❡ Quæ nõ redũdãtia.

❡ Colla aĩaliũ caudæ .alæ & agrestiũ caro aĩaliũ & q̃ ĩ aridis locis uitã agũt ❡ Q uæ attenuant.

❡ Allia.cæpe nasturciũ.porrũ.sinapi.piper origanũ mẽtha.hyssopũ.apiũ. thymbra petroselinum brassica.seutla.scolimũ.marathꝝ.rutha anetũ.cuminũ capparis.dauci sæmen. ordeum. saxatiles pisces.montanæ uolucres paruæ quæq; in montib⁹ uiuũt turdi merulæ.pdices.trogletæ.colũbi ĩ turrib⁹ nidulati.torpedo.turtur.buglossa psilia.magnæ uolucres ĩterẽptæ asseruent saltẽ ad dieculã anteq̃ coquant ẽt altilia itidẽ fructus arboꝝ ut hũorẽ deponãt ĩfestũ ficus & uuæ cũ nucib⁹ aut auellanis aut pistaciis aut amygdalis mãducent p̃cipue amaris & hũore noxio deposito prodesse potuerint.Inter hæc mediæ sunt oliuæ .uina alba & tenuia & imprimis ad tenuandum uictum præstat in usu continuo oxymel.

❡ Pselii ad Constantinũ Imperatorẽ. Liber Secundus

AD VICTVM hũanũ ptinẽs ĩtẽtio serenissime ĩpator cõstãtine & salubrẽ & cõmodũ nec dũ prio pfecta ẽ libro. Existiam⁹ siqdẽ subiiciẽdã breuiter curã q̃ salubrib⁹ quoq; adminiculis cõtineat ut apiamus q̃ calefaciãt aut frigefaciãt humectẽtue: arefaciãtue: quæq; binas simul ĩsignes habeãt q̃litates q̃ facile aut difficulter trãsmutent & quæ faciles trãsitus habeãt q̃ mẽbra ut caput offendãt: & q̃ minus eaq; paucis nõ ut quæq; lõgius ꝓsequamur modus siqdẽ tũ fuerit nullus.

Q uæ Calefaciant.

❡ Cãnabis sæmen.fœnũ græcũ .dactili dulces.poma dulcia mel sacchar uuæ dulces mẽtha apiũ Rhaphanũ.rapa.sinapi.nasturciũ.alliũ cæpe porrũ.ampeloprassus.caseus uetus.uinũ dulce.calidius flauũ uinũ uetus:piper longũ albũ & atrũ gigiber agni folia & sæmẽ.amygdala plus amara.glycyriza.rhesinæ oẽs.hypericũ.sal salsugies oẽs fœniculũ.anethũ aridũ iuniperus.cicer atrum.

Q uæ refrigerant.

ORdeum quomõ cunq; coquatur. hydna.colocyntha feruefacta pepões melopepones cucurbite tetrangura.cucumis poma præter parauisa.sycomora Pira quæ minus dulcia ut fere fragilia.acidæ uuæ & acres.mala punica præcipue acida.Lactuca.intiba.portulaca.Caseus recens aqua.uinũ rubellũ tenue.Mustũ crassum & nouum acetum quo acrius. Omphacium panis ex milio:amylo.panico & cibarius.

Q uæ arefaciunt.

Lens

LEns & brassica ideo uisum hebetat nisi oculus sit humidior caulis eius mi-
nus arefacit. Alioꝝ holeꝝ aridior sinapi eruũ cũ bis coctũ eiecta a qua plu
adhuc albũ. Fricta aridiora omnia & quæ cõponunt ex uino & garo aridio
ra oleũ dulce lotũ. pira siluestria asparagus nasturciũ. daucus. omphaciũ. amilus. sal.
gypsũ. panis cibarius. salsa omnia. plus mænidum capita. sæpiæ crusta. crocus uinum
nouum cucumeris & peponis sæmen. Lolium. anethum. balsamũ. nardi spica. rapha-
nis. abrotanum. citrei sæmen uetus uinum origanum. petroselinum. ruta. marubium
sampsucum. hyssopum allium.

Quæ humectant.

¶ Colocyntha. pepones. melopepones. tetrangura cucumeres cucurbitæ. nuces uiri-
des. mora lactuca. intiba. portulaca. malua. blitum chrysolachanum. Lactucæ quoq;
sæmen. faba recens aqua. buglosa uiolæ folia persica fungi. harmeniaca & fere poma.

Quæ facile corrumpuntur.

Erasa. persica. harmeniaca & fere in genere pomorum omnia. non ita cum
c cito egeruntur ideo præceteris esculentis comedenda. Nam ita demum re-
liquo cibo meatum. præbent. mansa postremo corrumpuntur idẽ faciunt
pepones cucumeres tetraguræ. uuæ ficus & similia.

Quæ difficulter corrũpunt

¶ Chonchilia. cochleæ astaci. camari mutili paguri. pinnæ hæc uicioso humore reli
quum corrumpunt cibum ideo bis terq; coquantur. allium cæpe porrũ auelana amy-
gdala. castaneæ rapæ. tribuli.

Quæ seri meatus.

¶ Omnia confecta ex castaneis. siligine faba fræsa cicer frictum. panis ex polie. lens
cerebrum spinæ medula cor. lien. assa fere omnia oua tosta obdurataq; ideo idonea
in aceto tosta dysentericis. Lupini. faselli. sesamus glandes. siliquæ. uinum dulce plus
atrum austerum.

Quæ Caput offendunt.

NAsturcium. dactili eruca; uinũ austeꝝ rufum quæ uehementer olent. lac nõ
etiã cõmodũ capiti allium. cæpe. fenũ græcũ uina oĩa uæhemẽter euaporantia
caput & neruos lædunt. aqua diluta neruos iuuant. damascena pruna amyg
dala: pira miscella.

De Pane.

¶ Panis frumentaceus ꝑcipuũ eduliũ in prandiis & cœnis cribro farinario poline de
lectus: sensim coctus & moderate fermento & sale cõmodus ex siligine secũdus & si
milagine: nutrit parũ furfuraceus q cibarius nũcupat. ex siligine difficilis cõcoctu at
si cõcoquat crudos generat hũores. Astringit etiã aluũ. exercitatis ergo cõgruit corpo
ribus. otiosis uero malus ex polline purus sanis congruit corporibus. exercentibus in
utilis. cibarius parum alit melancholicusq; est. at aluum citat. panes uetusti arefaciunt
minusq; alunt recentibus. fricti aridiores & minus nutriunt. minus fermentati diffi-
cilis concoctionis. siliginaceus panis recens odore capitis oẽs recreat sensus & spiri-
tus confirmat & uires reficit ĩfirmas.

De panico.

¶ Panicum & milium parum nutrit refrigerataq; aluum humidam arefacit: diffi-
culter quoq; concoquitur.

De Oriza.

¶ Oriza astringit uentrem difficilius cõcoquit halica.

De Halica.

¶ Halica nutrit multum at pituitam gignit si multum quis ea uescatur & non con
coxerit.

De Lente.

¶ Lens suo folliculo obstruit. Carne uero melancholicum humorem generat hebe
tatq; uisum oculos habentium aridos.

De Faba.

¶ Faba sanguinem generat tenuem eduliumq; est inflans cum uiridis manducatur
corpora humectat.

De Cicere.

C Icer inflat nutritq; multum ut faba. sæmen generat & uenerem suscitat ipsius ius coctū in renibus calculos atterit pcipue paruū & atrū quod si fricta man ducent̃ ut faba sunt & aluū astringunt & magis nutriūt. si uiride cicer man ducetur humectat ipsum corpus.. De Lupinis.

16. Lupini.

¶ Lupinus concoctu difficilis crassumq; humorem generat mediamq; uim habet ad molliendam & astringendam aluum. De Fœno græco.

17. Feni gr.

F Oenū græcū aqua aspersum & dulce factū subducit uentrē ex garo p man sus eius fructus aut ex aceto & garo aut ex uino & garo & oleo at capitis do lorē facit ex garo solitario mansus. sin cū uino & garo & oleo assumat̃ ca piti nullū dolorē inuehit eius aūt succus coctus & cū melle sumptus subducit in intesti nis improbos humores confirmatq; aluum. De Fasellis & Pisis.

18. 19. Faseli et Pisi

¶ Fasellos & Pisa aqua aspergūt quoad radicē germē inq̃ ediderint & ante reliquū cibū manducāt ad citandā aluū. Garo imersa nutriunt succūq; hæc generant cū bene cōcoquūt̃ meliora fœno græco mediaq; sunt iter bonū & malū succū siue cōcoquāt̃ siue minus & iter tarda & celeria meatu multū nutriētia & pa. De Cicercula.

20. Cicercula.

¶ Cicercula magis nutrit q̃ fasellus aut Pisum. In cæteris par. De Sesamo.

21. Sesam.

¶ Sesamū celeriter comedētes saturat seræ cōcoctiōis est: difficilisq;: stomachū lædit crassum humorem generat & male olentiam De Colocyntha.

22. Colocynth.

¶ Colocyntha corpori nutrimentum ingerit frigidum paucumq; & commodam facit aluum. Si refrigeret ut concidentibus & arefacientibus & manducantibus ipsa; in hieme crudos generat humores. De Peponibus.

23. Pepones.

p Epones frigidi sunt & humidi uimq; nō nullā purgandi habent ideo urinā citāt, humectātq; aluū plusq̃ colocyntha & melopeponibus. At sæmen plus carne cit urinā malūq; in corpore succū generāt præsertim cum non bene concoquuntur. Tum cholericos efficiunt non inq̃ biliosos ut uulgus putat: sed uentrē superiorem & inferiorem subuertant nam anteq̃ concoquantur uomitum pariunt præsertim qui plus nimio deuorarint. De Melopeponibus.

24. Melopepones.

M Elopepones neutiq̃ tantum humidi sunt aut mali humoris quantum pe pones neq; tam urinarii neq; aluo boni nec itidem uomitorii æque neq; stomacho conducunt. De Tetranguris.

25. Tetrangur.

¶ Tetrangura ipsa quoq; urinariū qdā hn̄t: q plurimū mādu cēt ea oli; crassu; hūorē generant q in sanguinē trāsmutari non potest. De Ficus.

26. Ficus.

f Icus ut reliqua poma malum succum generant: sed minus habentq; bona hæc aluum citant: uim habent abstergendi atq; catharticam. nutriunt plus aliis pomis corpus: comedentiū ipsos carnē nō astringunt ualidāq; faciūt sed subturgidā; iflatāq;: sed tn̄ nō diu manducāda. hæc parce oīa. De Caricis.

27. Caricę.

¶ Cariculæ improbi sunt succi unde & pediculorum uim multam generant. Ha bent attenuandi & secandi uim ob hoc facile aluum citant renesq; purgant iecori & lieni inflamationes adducunt. Improbæ ut ficus sicut dulcia omnia obstruendo & in durando præcordia cum hyssopo nucibus ue aut auelanis aut amygdalis mansæ iu uant. sin cum aliis eduliis assumantur plurimum offendunt. Alunt tamen satis ideo pugilibus uetus exhibuit consuetudo. De Vuis.

28. Uuę.

¶ Vuæ quoq; ipsæ ut poma cūctis tn̄ magis nutriūt ut ficus minusq; malū succū ge nerāt cū bn̄ maturuerit: nutriūt min⁹ q̃ fic⁹ psunt cū facile egerūt̃ cū id n̄ fuerit lædūt nā pniciosū pabulū ingerunt cū i sanguinē nō cōuertunt̃. sunt āt sine iternis granulis brisulisq;

brisulisq; manducandæ. quæ dulciores uuæ sunt calidioris succi. quæ acriores & magis omphacinæ frigidioris. De Vuis passis.

VVæ passæ acres austeræq; frigidiores confirmantq; stomachũ & aluum are faciũt: dulces aũt calidiores mediæq; sunt stomacho & uentri. habẽtq; aliquid abstergens paruasq; stomachi curant uellicationes nutrimentũ uuarum passarum est quod etiam recentium. De pomis.

Oma quæ acerbescũt frigidũ habẽt & terrestrẽ succũ nẽpe crassum. q̃ autẽ acida frigidũ & tenuiũ partiũ medii sũt tẽpamẽti. dulcia calidiora iudicãt Pira frigida & aquosa pindeq; acerbescẽtia uentrẽ cohibẽt. At acida hũorẽ offendẽtia eũ secãt & aluũ subducũt purũ iueniẽtia astringũt: At Pira quæ nec dulcia nec acida: nec acerba omniũ pessima. De Cydoniis.

¶ Cydonia multũ styptica quæ si quis melle uel sacchare composita coctura asseruarit stomachum confirmant ac in dysenteriis prosunt flauam bilem comprimendo: corq; exhilarant. De Mespilis & Sorbis.

¶ Tam Mespilla q̃ sorba stypticum uentrem faciunt fluentemq; astringunt: suntq; adhuc impensius styptica sorba: De Dactilis.

DActili dulces magis nutriunt: acerbescentes prosunt stomacho & uentrem compescunt. omnino omnes difficulter concoquuntur & aluum astringũt si plurimus usus fuerit eorum. De Oleis.

¶ Oleæ pauci nutrimenti sunt præsertim nigræ at aspræ q̃ fiunt colymbadæ ob acerbitatem conferunt stomacho appetentiamq; cibi concinnant commodissimæ quæ ex aceto componuntur. De Nucibus.

¶ Nuces exigui sunt nutrimẽti quæ recentes aquosam uim habẽt facilius cõcoquunt & magis stõacho utiles purgatæ tunicula sua pcipue cũ caricis mãsæ aridæ nuces aqua maceratæ. dẽpta tunicula loco uiridiũ recentiũq; habent. De Amygdalis.

¶ Amygdalæ exigui nutrimenti dominatur in ipsis uis attenuandi & abstergendi. amaræ uim plurimã habent secandi humores glutinosos. De Pistaciis.

¶ Pistacia parum nutriunt iecori utilia difficulter concoquuntur & stomacho inutilia. pulmonis meatus diducunt & hanelitus. De Siliquis.

¶ Siliq̃ succi iprobi & bilis atræ difficulter cõcoquũt & aluũ cohibẽt. De Cappari.

CApparus pcordia apit absterget pituitã: calculos dissipat ante aliũ cibũ cum oximelle: renes offendit & uesicam quibus succurrendum zinzibere: uel tali aliquo. De Agrestibus holeribus & lactuca ac intibo.

¶ Agrestia holera iprobi sunt succi. Lactuca min⁹ mali succi & parũ nutrit Post itibũ prodest aluo cũ oleo & garo mansum mediocriter cõcoquitur. De Seutlo.

¶ Seutlũ stomacho iutile si plurimũ manducet absterget & ob id utile aluo. nec nõ iecori & spleni opilationes auferẽdo pcipue cũ aceto uel sinapi mansum. De Apio

¶ Apiũ urinariũ & utilius stõacho cæteris holeribus oblectat & crudũ. De Eruca.

¶ Eruca admodum calefacit generatq; sæmen ueneremq; excitat: capiti dolorem inuehit. De nutrimento animalium.

¶ Animaliũ carnes optimũ generãt sanguinẽ psertiq; q̃ melioris succi qualis suilla ẽ neruosæ aũt sanguinẽ redũdãtiorẽ magisq; pituitosũ generãt: magisq; porcina caro at bubula crassioris & melancholici humoris: uitulina & hedina q̃ caprina & bubula melior. agnina sanguinem generat humidiorem redundantioremq; ouiũ caro succi improbi & redundantis itidem caprarum plena acrore. hircorũ & arietũ inutilis oẽs

castratorũ meliores. ueteres deterrimæ omnes humore concoctione & nutrimento. Leporina sanguinẽ gignit crassiorẽ succo melior q̃ bubula & ouilla. ceruina mali succi difficilis cõcoctu & terrestris. ℂ De partibus animaliũ pedestrium.

44. De ptib' aĩaliũ terrestriũ

p Edes porcini utiles flauã bilẽ restringũt & tertianis febribus ob id cõgrunt secũdo loco rictus tertio auriculæ lingua laxa & exigui hũoris. testiculi mali succi olidũq; qddã habẽt. callũ si bene cõcoquat̃ boni succi sin secus non iam bonũ sanguinẽ sed crudũ & pituitosũ generat. Cerebra succi ĩprobi difficulter si quidẽ cõcoquunt̃ & ĩutilia stomacho. & nauseã generãt ac redundãtiã. Medula ĩ ossibus dulcior suauiorq;. sed nausea cruditate generat sin cõmode cõcoquat̃ nutrit ex sententia iecur cunctorũ animaliũ crassi hũoris difficulter cõcoqtur & serũ meatũ hʒ porculi p̃stat oĩa. Lien melãcholicũ hũorẽ gignit lædit tã iecur q̃ lienẽ. Pulmo nõ difficilis cõcoctu: sed parũ alit & pituitosus. Cor durũ & difficulter cõcoqtur si bene concoquat̃ alit multũ nec ĩprobi ẽ succi. Aluus aũt & uulua & ĩtestina tãetsi probe cõcoquantur nõ satis probũ generãt sanguinẽ: sed frigidiorẽ crudiorẽq;.

45. Agrestiũ et cicurũ animaliũ dr̃ia

ℂ Quæ sit Agrestium & cicurũ animalium differentia.

Cicurũ carnes hũidiores q̃ agrestiũ. q̃a aridiora agrestia oĩa cicurib9 & perinde agrestiũ nutrimẽtũ minus redundãs q̃ cicurũ. Volucres minus q̃drupedibus nutriũt. At facilius cõcoquunt̃ p̃serti; pdicũ attagenarũ gallinarũ: caporũ colũborũ minus. aridiores Merulæ. Turdi. Passeres plus Turtur. Itẽ Phassa anas. Gallinis pares Phasiani. difficilis cõcoctu Pauo. Anseres redũdãtiores & cõcoctu difficiliores Iuuenes sẽp p̃ponẽdæ uetulis. Alui anserinæ nutriũt multũ & suauiores reliq̃s altilib9 facilius cõcoquunt̃ & magis alũt alæ sicut ẽt gallorũ testiculi. ℂ De Piscibus.

46. De piscib'

Trigla duriorẽ & in delitiis habitam habet carnem ob id magis aliis nutrit piscibus cum bene concoquitur. sunt triglæ bonæ quæ in puris uitam agunt locis herbasq; non habent.

ℂ Saxatiles pisces saluberrimum nutrimentum ingerũt & sanguinẽ benignũ suggerunt non inq̃ ut alii fere malum sed moderatum. Gobius aliis melior suauitate & cõcoctione & succi præstantia qui in arenosis littoribus aut iter saxa uitã agit at ĩfluminũ hostiis uel paludibus improbus p̃cipue si ibidẽ carabi. Fere aũt duri carne pisces con coctu difficiles nõ in uentre modo sed etiã in uenis singulisq; mẽbris crassioris autẽ; succi q molles carne dracæna scorpius. triglæ magnæ testaceã pellẽ habẽtes salsum habentes cõmunẽ succũ magis alii & minus alii. Ostrydia nãq; magis mollẽ habẽt aliis carnẽ reliqua ut carne duriora ita cõcoctu difficiliora q̃ deligẽda tribuẽdaq; eis q corrumpũt ĩ uentre ex malo hũore nutrimentũ aut ex fluitãte iecore illis namq; generatur humor crudus. ex mollibus carne coctis multus deponitur salsus humor sitq; talium. caro difficulter corruptibilis iusq;: citat aluum astrictam laxatq;: ut sunt ostrydia mutili conchæ contra duræ carnis difficulter concoquuntur & nutriunt multum ut ostrea. astringũtq; aluũ ut astaci paguri fluiatiles & marini carabi cãmari. & id genus alia. Cætaria oĩa ut Vituli marini. Delphin. Thynni Balænæ. Xiphiæ. pernitiosi sunt humoris q̃a redundãtissimi & p̃inde saliunt̃ ut ĩ aliquẽ usũ modo perducant̃.

ℂ Mugiles & mænides & bopæ pernitiosæ & redundantes meliores qui alunt̃ ĩ pelago. deterrimus palustris. fluuiatiles ubi fluit celeriter aqua meliores p̃guiores pessimum & difficiliores concoctu stomacho deterrimi ac humoris pessimi. Lupus autem tenuiorem generat sanguinem nec improbior hoc pisciculo alius.

ℂ Psellus de Victus ratione fæliciter explicit.

ℭ Galeni de Optima Corporis noſtri confirma-tione Georgio Valla Placentino Interprete.

QVAE nam optima noſtri corporis confirmatio: an q̃ tẽperatiſſima ſicut multi ueteres medici ac philoſophi exiſtimauerunt: uel optimã qdem eſſe neceſſe eſt tẽperatiſſimam: nec tamen tẽperatiſſima neceſſario optima. Nam ex calido & frigido & humido & arido moderata cõplexio ſimiliũ partium ſanitas eſt corporis noſtri membrorum. At quæ ex his oibus aĩalis eſt facies in poſitione & magnitudine: & figura & numero compoſitis exiſtit, nec non concedendũ uideatᷣ ex omnibus: aut ex plurimis particulis tẽperatã partẽ aliquã conſiſtere erga magnitudinẽ ipſarum uel numerꝝ uel faciem uel ad ſe inuicẽ conſtructionẽ hallucinari. moliendũ igitur nobis deinceps de his omnibus diſputare ab ipſis incipiendo nominibus quibus in hoc libro utamur neceſſe eſt: quãdoqdẽ de his nonnulli corrixantur. Alii confirmationẽ optimã. alii affectionem: alii habitum: aut habitudinẽ aut corporis naturã: aut utcũq̃ unicuiq̃ uiſum eſt dicendũ putauerunt. Ego quidem ut huic inſiſtam rei locutionem non rep̄henderim. nec probauerim acclamãtes ſecus nominare uolentibus. Quippe ꝗ plurimã: ac maximã curã rerꝝ ipſarꝝ de qbus habetᷣ oratio putẽ adhibendã potius q̃ nominũ ſeu corporis optimã confirmationẽ ſiue affectionẽ ſiue habitũ ſiue naturã ſiue utcũq̃ aliter nominare qſpiã uoluerit. ita demũ ponat: ſi a recepta notione ſumatᷣ initiũ: ac ꝓcedendo in eſſentiæ inuentioneꝫ ordine aliquo ac diſciplina indagarit: hunc equidẽ multo magis laudauerim q̃ ſi circa nomina mihi quiſpiam ſubnixus inſurgat occupatus. Et perinde nos ita faciemus a communi notione exorſi: eamq̃ definiendo ad ſolitam coniectationem diſciplina progrediemur.

ℭ Quæ Cõmunis notio optimæ confirmationis.

QVæ igitur corporis optimæ confirmationis eſt notio cõmunis cunctis hominibus: audieris nãq̃ non eiſdem uerbis loquentes omnes. At intelligentium oium una & eadẽ res eſt. Sanum itaq̃ corpus cuncti prorſus probant quẽadmodum etiã demũ habitus electiſſimi: rem unam nimirꝝ utriq̃ ſpectãtes: & eo mentis ſententiam reuocantes: id nequaq̃ deartuatim diſſipatimq̃ intelligunt: neq̃ perſpicue eloqui cognouerunt. Nam omnium corporis mẽbrorꝝ actiones ualide habere cẽſuerũt nec facile morboſis cauſis ſuccũbere. eorꝝ quod in actionibus quidem naturalibus: ſanitas. quod aũt cũ quapiã firmitudine, habitus probus quẽ græci euhexiam uocant. Cõmune porro ambobus haud facile morbis alligari: & ꝑinde omniũ quidẽ habitus cõfirmato ſaluberrima ad quã mortales oẽs aſpirãt. Huic uero accidit qd̃ in actionibus artuatum difficulterq̃ ſolubile. Præterea nõ etiã iniuria bonus habitus uocitatᷣ iã ipſo quoq̃ nomĩe boni habitus emicãte ſtabile: ac difficulter ſolubile: ſꝫ in magis adhuc eius qd̃ boni habitus eſt utpote optimo aliquo habitu exiſtẽte: & ꝑinde optimã corporis cõfirmationẽ ſiue ſanitate eminentiſſimã: ſiue boni habitus abſolutiſſimã dicamus nõ aberrabimus ipſãq̃ iudicabimus p̄ſtantibus actionũ officiis difficulter ſolubilẽ. at qm̃ id iã definitũ eſt deĩceps cõiectãdũ quæ ſit huiuſmodi habitus corporis eſſentia, hinc inuentionis ꝑſcrutemur principiũ quo pacto affecto corpore optĩe exerceamus. ad id igitᷣ quo ꝓcliuius ꝑueniamus expedit meminiſſe q̃ iaꝫ ĩ aliis demõſtrauimus cõmentariis. Primũ qdeꝫ ut ex calido & frigido: & arido & humido

corpora nostra permixta sint: Hæc etiã demonstrata sunt in eo Hippocratis libro qui de elementis inscriptus est: secuado loco definiendæ sunt mẽbroꝝ cõplexiones. At de his etiam dictum est in de complexionibus comentariis. post hæc ut singula instrumentalia corporis membra unã in eadem particula actionis causam habent: cuncta alia omne absoluentia instrumentum illius gratia effecta sũt: Verum de iis quoqꝫ scriptum est ubi de membroꝝ usu disseruimus.

¶ Quæ optima corporis confirmatio

Optima igitur corporis fuerit confirmatio in qua cunctæ similes partes: (ita nempe quæ sensu simplicia: uocitantur) suam nactæ sunt complexionem. quæ autem ex uno quoqꝫ hoꝝ instrumentaliũ compositio in ipsoꝝ magnitudinibus & multitudinibus ac faciebus & ad se inuicem compactionibus moderatissime confirmata est quod enim cunctis actionibus optime digestum est eo etiã inter oĩa alia corpora maxĩe passionẽ fugit: nec simpliciter quisq̃ inuenerit: quod enĩ exercet membꝝ optime id similium partiũ boni tẽperamẽti & instrumẽtaliũ moderaminis cõfirmationis fomẽtũ ac sæminium existit: tale nimiꝝ est prædictum corpus. non dubium igitur quin omnium optime exerceat quod porro etiam difficulter passibile sit maxime hoc pacto didiceris.

¶ Quod omne nostri corporis detrimentum uel ab exterioribus causis uel ab alimenti superfluitatibus.

Nostris corporibus inflicta detrimenta alia quidẽ a causis extrinsecus aduenientibus alia uero ab alimenti super fluitatibus. quæ a causis extrĩsecus adueniũt calefaciũt & refrigerant & humectãt & arefaciũt ꝑter modũ ĩ quo genere ponũt labores & uigiliæ & mœrores & curæ & id genus alia. Ab alimenti autem super fluitatibus genere duplicia sunt. nam eoꝝ alia q̃titate: qualitate alia infesta sũt: specie multiplicia. qđ igitur extrinsecus ex causis moderanter est affectũ corpus euitatu difficillimũ est ac palã ex ipsa eius bona cõplexione difficulter & uix ad moderatã complexionẽ ꝑueniente: qđ omnifariam extrema plurimũ absint. ꝑterea & ex recte exercendo optim e poterit cõfirmari ad difficilẽ passionẽ nũq̃ captũ laboribus. statim tali corpori existit ut sit præter alia oĩa humoris electissimi sicuti ẽt est infestis mœrore & furore & uigilia & cura imbribusqꝫ & squaloribus & fame & ut paucis absoluã cũctis morbũ infligẽtibus causis: facilius aliis leuabitur corporibus quod tale maxime profecto quæ malo humore cõstant ab eiusmodi causis facile coarguuntur ut pote iam per sese proxime ad morbos accedũt ita quidẽ nobis accidentibus extrinsecus ac corpus tristantibus dicta a nobis affectio difficillime euitabilis, qđ autem neqꝫ ab alimenti superfluitatibus facile morbos possit euitare id imprimis hoc pacto didiceris. si fueris ratiocinatꝰ neqꝫ exuberãtiã in eiusmodi natura neqꝫ humores malos aut aggregari facile aut aggregatos labefactare aĩaliũ. moderãtia certe naturaliũ exercitioꝝ ad se inuicẽ & in singulis uirtus sᵘpfluitates subire ꝓhibet: & cũ aduenerint facile execernit. ẽt si q̃nqꝫ diu ꝑmaneant. nõ tamẽ ab ipsis sᵘpatᵉ. a causis nãqꝫ uici morbosis debilibꝰ ac distẽpatis naturis existit. At plurimũ obsistere tẽpatis & ualidis q̃lẽ optimã eẽ diximꝰ. hẽs aũt hãc ĩ de cõplexiõe cõmẽtariis: ut tẽpatũ possis dinoscerẽ. ĩ sexto decimo aũt de usu mẽbꝝ ut ĩstrumẽtalia mẽbra mediocriter habeãt nũc quoqꝫ nihilominꝰ ex eis q̃ dicta sũt ipsoꝝ mẽineris. q̃nq̃dẽ nõ angustatã neqꝫ ĩsecabilẽ rẽ sãitatẽ ostẽdimꝰ ĩ de ipsa libris: sed q̃ ad idoneã extẽdi possit latitudinem recte habere uidetᵉ si utilis fore debeat oratio: artem: exercẽtibꝰ. nõ solũ raro in ipsa

corpus

corpus & uelut exemplũ aliqd polycleti canonis in oratione uersare. Cæterę deteli-
cta ab ipsa in aliquo nõ eqdẽ iam eminẽtẽ & magnũ errorẽ nacta meminisse expe-
dit. Tũ nãq; expedite cognoueris optimã corporis cõfirmationẽ tã & si ortus ipsi⁹
est rarus cũctasq; alias affectiones in qbus quottidie uersamur facile dep̄hendes. ita
demũ p̄cipue nobis extiterit. in cũctis nãq; supreme emẽdatũ ut neq; similiũ parti-
um: neq; instrumentaliũ membrorũ qcq̃ immoderater habeat digestũ: nõ admodũ
qcq̃ cõtinue sed i longioribus temporũ cõuersionibus fieri cõsuerit, uerũ deficiens
breuiter ab hoc & si continue inspici potuerit.

¶ Quale sit corpus moderatum examussimq; membris compositum:

ABsolute igitur tẽpatum corpus mediũ est inter molle & durum & den-
sũ & tenue capillis, amplas habẽs aut angustas uenas, pulsusq; ingẽtes aut
paruos. qđ uero admodũ moderatũ membris instrumentalibus capitulo
uno cõp̄hẽsũ qualis polycleti canõ eẽ memoraturus est. quæ uero q̃ expediat sũt cali-
diora p̄terea multo ẽt frigidiora & aridiora & plusq̃ mediocriter humida uel partẽ
aliquã unã nõ recte effictã habẽt: ea oĩa ẽt qñq; moderationi supfluere uideãt᷑ cõfe-
stim qdẽ se durius effectũ corpus: at cũctis extrinsecus aduenĩetibus causis difficulter
passibilius ẽ. qđ aũt mollius intus. qđ igit᷑ ab hippocrate ubi de alimẽto dictũ corpo-
ris raritas ad difflationẽ optima qbus plura ferũt᷑ sanitatẽ & morbũ p̄hibẽt᷑ efficere
nec. n. de sanis simpliciter aut de morbosis corporibus ipsis loq propositũ est: sed de
omnibus quæ ex alimẽtis gignũt᷑ bonis & malis uerba facit ut nõ iuria meminerit
supfluitatũ quæ ex ipso alimento sanorũ & ualetudinariorũ corporũ. Rarissimũ nãq;
sanissimũ quatenus in hisce. at densius morbosius. Contra uero in cunctis prioribus
causis quod rarius capit᷑ facilius: qđ uero densius ingruẽtibus morbis resistit facilius
corpus itaq; tẽpatũ cæteris cõparatũ bonis neq; rarũ: neq; densũ dicendũ existima-
mus: sed inter alios excessus mediũ obtinet locũ, & p̄inde ẽt horũ est redũdare i quo
uis aliquo excedente, nã qđ densius minus causis exterioribus facile capit᷑ qđ uero
rarius intrinsecis. utrisq; porro qđ haud quaq̃ facile obnoxiũ est. ad unguẽ qdẽ nihil
inuenias at quodãmodo mediocriter qđ medium iter oẽs excessus qđ corporũ oĩum
prorsus est sanissimũ ita ẽt qđ mediocri ac tẽpato corpore aridius humectãtibus cau
sis omnibus difficilius subiicit᷑ humidius porro arefaciẽtib⁹ itaq; qđ paulo ãte dictũ
ẽ nõ oĩu; oĩno ẽ difficillime passibile mediũ: sed cuiuslibet qdẽ aliqd i uno aliquo de
terius habet. At oĩum electissimum qđ non necessariũ: uel admodũ tale uel parũ: sed
mediũ ẽ, dixim⁹ ubi de cõplexionibus & nũc quoq; nihilo minus dicet᷑. ut magnũ
qdẽ unũ ob materiæ exuberãtiã. Alterũ uero parũ ob paucitatẽ ẽ. q̄lis ingens statua:
ex ære multo, parua autem ex pauco: utrãq; uero portionibus esse moderatam nihil
prohibet ac certe ẽt corpus qđ quidẽ neq; manifesto densũ: neq; rarum: neq; durũ:
neq; molle neq; pilosum: neq; glabrũ optimæ cõplexionis est q̃tum fuerit magnitu-
dine. si ẽt moderationes particularũ istrumẽtaliũ ad se iuicẽ custodierit atq; ita sit uisu
pulcherrimũ & ifirmitudine p̄fecte sit emendatũ uastius aũt q̃ deceat aut minus du
plici de causa fit. uastius qdẽ aut ob humiditatis redundantiam aut materiæ minus
aut ob ariditatẽ dominantem aut ob materiæ inopiã. augumentum enim erit si ossa
imparint. impio subiiciũtur in exigua magnitudine ob materiæ inopiam: aut aridi-
tatem. ab augumento quoq; cessabit p̄missũ unũ qđq; duplici de causa. Proinde sim
pliciter non est magnitudo humiditatis signum: neq; exiguitas ariditatis: sed si hoc
quidem magnum etiam molle statim existit at paruum. durum fuerit. si ita hoc quidẽ

humidum illud uero aridum. cæteræ ſi hæc in ſeparabilia. redundans ad magnitudi-
nem aut exiguitatem ſpectat. ſufficiunt namq; complexionum ſuæ cognitiones. ſed
diſtributa hæc ſunt ut plurimum ubi de complexionibus dictum.

¶ In quibus optima corporis cõfirmatio.

¶ Quod ſi hæc ita habẽt erit optima corporis cõfirmatio ĩ his duobus collocãda:
bona ſimilium partiũ cõplexione & inſtrumentalium moderatione.

¶ Galeni de Bono corporis habitu. Georgio Valla Placentino Interprete.

¶ Quod commune aut ſimpliciter bonus habitus quicquam proprium habeat ad
pugilatum aliqua ratione pugilum bonus habitus tutus.

HABITVS BONI nomen cũctis rebus ingerere cõſueuimus ſta-
bilitate & ſolutionis difficultate nec qcq̃ magis laudamus aut ui-
tupamus. ſed cũ bonũ malũ ue habitũ dixerimus iã tũ definimus
qualẽ quẽpiã habitũ eſſe pronũtiemus bonus qdẽ ita ſimpliciter
habitus in optima corporis cõfirmatione gignit᷑. At nõ ſimplici
ter in una quaq; corporis natura. malus nimiꝶ habitus circa om-
nẽ corporis ĩſedit cõfirmationẽ: ſiue ſimpliciter ſiue in eo qđ ad
aliqd dicat᷑ expedit itaq; meminiſſe ea quæ de optima cõfirmatione diximꝰ qui ue-
lit noſſe qd nã eſt ſimpliciter bonus habitus latitudinẽ nãq; idoneã habente ſanita-
te ut ſæpe alibi demõſtratũ eſt. hunc ipſo noĩe euexian qđ ualet bonũ habitũ nomi-
nãt multi ſapientes ac medici. at exolutionẽ proprio nequaq̃ nomine uocitarũt. qua
tenus aũt generis oĩs ſimiliter ſanitatẽ appellarũt & pinde optima quædã ſanitas bo
nus eſt habitus & ob hoc ĩ optime confirmatis efficitur corporibus quod ſi tale non
ſubierit optimã ſanitatẽ nequidẽ bonũ habitum. Hæc ſane ĩ eo quod ad aliquid iux-
ta naturã cuiuſlibet fit: & ob hoc cũ additione dicitur dionis ſi ita cõtigerit aut milo-
nis bonus habitus nec ſimpliciter bonus habitus unus quidẽ milonis alter aũt achil-
lis & alius herculis: ſimpliciterq; ſunt boni habitus & abſq; additione nominantur:
ac ſicut pulcher quidẽ ſimpliciter achilles. At ſimia nõ ſimpliciter: ſed ut ſimia. Ex eis
aũt q̃ cũ additione dicũt᷑ ẽt pugilũ bõus habitus de quo iure dicebat hippocrates ĩ ex
ercitationibus ad extremũq; bonũ habitũ tutũ eẽ nõ utiq; ſimpliciter nominatũ bo
nũ habitũ aduenire cũ ad extremũ ierit cũctaꝶ corporis affectionũ eẽ tutiſſimũ: ſed
aut pugilũ aut ĩ gymnaſiis uerſãtiũ: aut quomõcũq; bonũ habitũ nõĩare libuerit qm̃
nõ ſimpliciter ẽ bõus habitꝰ: neq; optĩa corporis affectio iure ad extremũ iens tutiſſi-
mꝰ efficit. Affectio enĩ ĩqt pugilaris nõ natura habitꝰ ſani melior. ſani qdẽ habitꝰ pfe
ctio bõus habitꝰ ẽ. at pugilũ affectiõis nõ ſimpliciter: ſed cũ additione ut formoſa ſi-
mia & cubitũ ingẽs & iniquus calix & ĩproba littera ſiue. n: cubitũ ingẽs ſiue calix ini-
quus. ĩtidẽ & in aliis oĩbus abſq; additione ſimpliciter nominatũ: nõ eiuſdẽ naturæ
ẽ cũ additione dictoꝶ: ſed qñq; extremo laudãdum eſt qđ ſi nõ ita contigerit uitupa
bile: quẽadmodũ & pugilũ bõus habitus. tãtũdẽ. n. habere opus ẽ laudabile ut ẽt ui-
tuperare congrue nõ ab hippocrate ſolum priſciſq; aliis medicis: ſed ab aliis optimis
philoſophis quẽadmodũ a platõe ĩ tertio de re publica ĩ utilitatẽq; ipſius omnẽ ĩ na-
turalẽ actionẽ oſtẽdẽte & ut tutã ad ſanitatẽ indicãte nec. n. dixeris bonã complexio
nẽ ſimpliciter eẽ corporis: ſed magnitudinis ad tumorẽ tẽdẽtis q̃ ſine immoderata
plenitudine nõ fiet. ita etiam tutam ipſã efficiunt & ad reipublicæ actiones inutilem.

Quo

¶ Quo igitur ita boni habitus ad integram cognitionē accedamus cōferre ei expedit æquiuocum bonū habitum pugilarem cōsiderareq; quid sit idem utriusq;. quidq; contra. membrorum utiq; omnium corporis bona complexio commune quiddam est ambobus ita & actionum uirtus & si hæc etiam bonus humor qui a græcis euchymia nominatur hoc pacto igitur communia alia contraria. nam sanguinis moderantia & solidorum corporum omnis acerui in eis quæ sunt bonis habitibus.

¶ Horum ipsorum immoderantia præcipue generis corpulenti in pugilaribus quas necessario malum sequitur cum ad extremum uentum est cum enim comederint qtū necesse fuerit ualide concoxerint redditioq; facile in concoctione fiat. sanguinolentiaque & additio & productio & nutricio sequitur periculi super abundantis habitus quod nō sit naturæ locus additionis & si hocce imoderate sanguine implentur uenæ: suffocatur ac extinguitur insita caliditas difflatione suspensa ueluti si taliter contigerit confringitur opportunorum uasorum aliquid quæ ad iecur & pulmonem & thoraca instruuntur & tuniculis molliora hæc sunt incolis & priora alimentum excipiunt & propter multitudinem in ipsis naturalis caliditatis insuper actionum perpetuitatem simile aliquid feruori patitur sanguis tuniculas ipsarum perfringēs quemadmodum mustum dolia. hæc nimirum ita fiunt omnia immoderatas necessario sequētia repletiones ac de ipsis demonstrationes naturales sequātur rationes. Quod autem insitus calor extinguitur affluentibus sanguine uenis dictum a nobis ubi de usu respirationis quod porro uenæ diffringantur in resectionibus quæ dicūtur anatomica. ita etiam uisus est nouisse Hippocrates nō modo quia ait in gymnasticis quæ exercitatoria possumus appellare bonum habitum ad extremum esse tutum: sed quia alibi scribit. Subito autem obmutescere fit absumptione uenarum destituto corpore. nam subitariam omniū actionū resolutionē per unā opportunissimā indicauit. Venarū autē absumptiones supra modū exuberantias dixit cum in difflationis refrigeratione fluitarint.

¶ Explicit Galenus De Bono Corporis Habitu.

¶ Georgius Valla Placentinus Magnifico Viro Antonio Viccecomiti Equiti Iurato Legato Ducis Mediolani Salutem Dicit Plurimam.

Citasti me prior beniuolentia antoni uicecomes qui ante q̄ ullam tecum habuerim consuetudinem uir & domo & uirtutibus insignis me in amicitiæ tuæ aleam inuitasti: ego autem quod in amore non respondere longe ab homine alienum planeq; nefas esse existimauerim: duxi munusculo isto tuum arctius erga me amorem distinere: Galeni namq; de corporis humani distemperantia tibi in latinum conuertimus opusculū: quod apud te & tantisper nostri erga te amoris pignus habueris quo ad maiora tibi procuderimus: quæ amplissimæ tuæ domui quæ clarissimis tuis congruant honoribus: legationibusq; grauissimis quibus non mediocriter fueris decoratus. Interim ergo hæc paucula pro ientaculo fuerint: quoad opiparæ cænæ fercula comparantur.

¶ GALENI DE INAEQVALI DISTEMPERANTIA GEORGIO VALLA PLACENTINO INTERPRETE.

DISTEMPERANTIA inæqualis fit aliquādo corporis animati sicut aqua intercutem languentibus obesa carne & eis quæ putridæ febres appellantur: ac fere omnibus aliis præterq̄ quæ hecticæ nuncupantur fit etiam in quolibet turgente membro aut inflama

to aut concrescente aut erysipelate languente: aut aggrauato. huius autem est generis
qui elephas nominatus & phagedæna. & serpis. Cæterum hæc omnia cum fluxibus.
Citra fluentem uero materiam solis qualitatibus alteratis membris inæquales gignūt
distempantiæ refrigeratis aut combustis aut magis q̃ cōueniat exercitatis aut torpen-
tibus aut aliquid huiusmodi patientibus. præterea & extrinsecus accidentibus inæqua
les distemperantiæ nostris gignunt corporibus aut calefactis aut refrigeratis: aut are
factis aut humectis. simplices namq; hæ sicut ostensum est in commentariis ubi de cō
plexionibus. At ex ipsis compositæ quattuor aliæ : aut calefactis simulq; humectis:
aut calefactis & arefactis: aut refrigeratis & arefactis. Quod autē tales distemperan
tiæ differant a planis quaudoquidem non sunt in incunctis portionibus distemperā-
ter dispositi corporis e regione depræhenditur. quis demum modus sit ortus cunctis
inæqualibus distemperantiis in hac editione ostendetur. At quo hæc tota aperta sit
oratio cunctas corporis portiones prio meminisse expedit a maximis sumendo exor
dium ; quæ a uulgaribus quoq; dinoscuntur. manus namq; & pedes & thoraca &
uentrem caputq; nemo est qui ignoret. resecetur porro a nobis unum quodq; ex ip-
sis in continuas partes appellatas tibiam uerbi causa coxendicum & crus & pedem.
manum in brachium & cubitum & supræmam manum. extremæ manus peculiares
sunt portiones uola & dorsum manus. & digiti. Digitorꝝ porro ossa & chartilagines
chondri nominatæ & nexus & nerui & arteriæ & uenæ. tuniculæ hymenes nuncupa
tæ & carnes & tenontes. ungues & cutis hæc autem non cædunt sectione in alteram
speciem: sed sunt similium partium & prima præter arterias & uenas. ipsæ namq; ex
capillamentis quæ ines appellantur & tuniculis constant sicut in resectionibus manu
ariis est memoratum ac etiam ut regiones multæ sunt inter ea quæ similium parti-
um & primorum menbrorum horumq; adhuc plures partes & maiores in medio in
strumentalium & compositorum quandoq; etiam paruum quod cunq; similium par
tium membrorꝝ ut in osse & pelle: ac de his omnibus in resectionibus manuariis di-
ctum est. mollia igitur corpora inuicem incidentia regiones intermedias incertas effi
ciunt sensu. quæcunq; autem arida & dura & si occulta horꝝ sensu interualla; quemad
modum in ossibus fistulæ. habent aut hæ natura inse humidum crassum & album ad
alimentum ossibus comparatum, At in cute spiramenta quodam fiant modo dequi
bus ubi de complexione dictum. sic demum meminisse necesse est: futurorꝝ causa me
morabitur ubi de inæquali distempantia. iam dicendum qualis hæc eius natura sit &
quot eius ortus modi, Quod certe una neutiq̃ sit complexio omnibus languentis iā
corporis partibus ante dictum est. Verum id commune omnis inæqualis distempe-
rantiæ. At differentiæ languētium corporum naturas consequuntur namq; simplex
pulpa. Alioqui omnis musculus ad inæqualem peruenit distemperantiam confe-
stim calido fluxu in musculum dilabente. primæ maiores arteriæ & uenæ implentur
& ex tenduntur. postea minores idq; fit ad minimas usq; in quibus cum ualide astrin
gitur nequaquam fluxus angustatur unum quidem aliquod in ore. Alterꝝ autem ali-
quod & per spiramenta ipsa extrorsus protruditur in eoq; complentur fluxus quæ in
tersunt mediæ regiones primorꝝ corporꝝ ut ēt cuncta icalescant & undiq; ab humidita
te circū exundēt. hi sunt nerui & tuniculæ & pulpæ ipsæ: & ante ista arteriæ & uenæ q̃
certe primū & iprimis uarie dolent. hinc enī a fluxu icalescūt & extēdūt & diuellunt
& extrinsecus icalescūt pariterq; atterūt ac grauāt. At aliorꝝ mēbrorꝝ quædā calefaci
endo

endo solum aut atterendo. quædam etiam cum utrisq; laborant: uogatq; langor inflamatio. distēperantia uero est musculi inæqualis. sanguis enim iam in ipsis uiuit ipseq; primo cōcalefacit tunicas arteriarum ac uenarum atq; ipsarum exteriora: quibus cuncta circunfusa sunt alterūq; e duobus occurrere necesse est. superante quidem fluxu corruptionē consequi necesse est superatis corporibus. superato autem ad id quod contra naturam musculo ascensum fieri: superetur itaq; prius fluxus satius enim sit a potioribus sumere principium. At in hoc duplex est medelæ modus aut distracto omni putrescente fluxu aut misso. Cæterum distractio medelarum est adeptu optima. missionem uero duo hæc necessario consequuntur puris ortus & absessio. absistit autem aliquando quidem in maximam & maxime improbam aluorum assistentium quæ omnium absessionum est optima. quandoq; in maximam non utiq; impropriam uel ad impropriam quidem. sed tamen non maximam absessionum quæ ad uentrem optima est q̄ intus in lata regione in qua multa confringunt. Pernitiosa uero quæ sub pitonæo: nec non ea quæ ad cerebrum. quæ igitur ad duos anteriores uentriculos bona. Pernitiosa uero quæ sub chartillaginibus meninges uocitatis. In uētriculo quoq; posteriore bonæ at quæ in lateribus absessiones i thoracis latitudine effringunt & quæ quidē musculorum sub pelle. Intraneorū autē aut ad arterias & uenas & quæ in ipsis aut subter cōprehendūt tunicula hymenem appellatam tāq; pellē quampiā ipsāq; sub intraneis existentē. Quod si a fluxu corpora superentur in tantā pueniet utiq; bonā complexionē: ut etiā eorum actionū deleat & diuturnitate absumat. Cessabūt āt quo ad possunt tū primū cū mutatæ fuerint assimulatæ nec in eo quod mutatæ sint: cōplexionē sed i eo qd mutent faciūt mēbra: quēadmodū admirādus dicebat Hippocrates naturā euariātibus & absumptis dolores fiunt. Euariant autē & absumūt qualibet naturā aut calefactā: aut refrigeratā aut arefactā aut hūectatā aut ppetuitates soluentē in distēperantiis quidē inæqualibus quod maxime calefiant uel frigefiant. Hæ siquidē qualitates efficacissimæ. Iam uero etiā quod arefiant & humectentur. Esuriendo autē aut sitiendo deficiente hic arida essentia hic humida. At in sautiando & abrodendo & extendēdo & atterēdo & diuellēdo ppetuitate dissoluta. sanguinis itaq; caliditas mēbrorum inflamando æqua euadit comprahensumq; sanguinem per uniuersum corpus animalis mediocrem habet complexionem non ad modum aliquid facile cōcalescit languenti si quid ferueat uæhementius uel etiam per uniuersum animal sanguis biliosus extiterit confestim undiq; efferuescit. At multo magis ubi ambo concurrerint sitq; satis in inflamatione calidus sanguis & per totum animal sanguis biliosus. exæstuat primum quidem qui in arteriis quod sit natura calidior ac flatu turgidior deinde qui in uenis quod si iuxta intranea sanguine affluentia pars inflamata fuerit mortem etiam ipsi ingerendo exestuat per totum animal sanguis. Comprahendendo dicendum in omni æstuante quanto alterabilius aut natura calidum. exæstuat. Primo quemadmodum & in refrigerante q̄tum alterabile: aut natura frigidum eo primum refrigerans. Maxime igitur alterabilis spiritus quia etiam partium tenuissimarum. Calidissima natura est flaua bilis. frigidissima uero pituita præter cæteros porro humores sanguis deinceps flaua bile incalescit. Atra uero frigida post pituitam. Præterea etiā alterat qdē flaua bilis ab omni ipsa; subeūte: sed atra bilis uix. In totū uero oē qd tenuiū partiū est magis alterationi obnoxiū ē. sicut crassarum partiū difficulter alterabile. & perinde multiplices inflamationibus alterationes esse necesse est: quod multipliciter corpora disponantur: ob hoc etiam gignuntur dolores primo qdē infla-

mationẽ ingerens aut magis aut minus est calidus. Dein tabes ipsius iuxta suã cũcto-
rum naturã. Non autẽ etiã iuxta magis & minus astringunt quæ namq; nõ difflant
cito perputrescunt: sicut in exterioribus omnibus. Cum uero calida & humida natura
fuerint tum demũ maxime. Enimuero membrum inflamarũ: aut prope. aut longe a
sanguine abundantibus est uisceribus. sanguis quoq; omnis si inamarescat bile: siue
pituitosus aut melancholicus: aut flatu redundans & hæc oia magis in aliquo & mi-
nus & perinde multiplices esse alterationes necesse est alio ad aliqd comparato & eo
dem aliquo ad sese. quæ omnes corporis distemperantiæ sunt inæquales. Præsertim
exæstuante ad inflamationem sanguine deinde naturali & in corde præsertim hæc fi
unt in sinistra aluo in qua tametsi uiuente animali & necdum febricitante uelis digi-
tos coniicere ut in resectionibus scriptum est manuariis uæhementissimã senties cali-
ditatem. Igitur æquum est non cum uniuersum exæstuat corpus contra naturam ad
extremam tendere caliditatem illam præcipue nam tenuissimarum partiũ sanguinẽ
& maxime spiritalẽ habet: mouetq́. omnifariam. Verũ i cunctis talibus febribus exæ-
stuat iam aliquando sanguis uniuersus & illam contra naturã caliditatem subit quæ ex
putrefactione humorum suscitata est: Præterea neq; tunicæ aut arteriarum. aut uena-
rum neq; quicq̃ aliud assistentium corporum aliquo pacto perfecte alteratur comple
xione modo. Sed etiam transmutantur & æstuantes alterantur. Quod si hoc tempo
re diuturno languent superabuntur aliquando & prorsus mutabuntur ut non æstuẽt
tantum. sed etiam cõtra naturam calore torreant. Terminus autẽ alterationis est cui-
libet membro actionis ipsius detrimentum. Hoc autem usq; ad hoc cuncta latitudo.
uia est in id quod contra naturam ut mixtum quiddam & cõmune & medium ex am
bobus contrariis factum ipsiusq; ad unguem naturale & iam perfecte contra natura;
in omni tali tempore calefactum corpus q̃titate alterationis: dolorem habet propor-
tionalem. At cum omnes corporis solidæ partes absolute incaluerint eiusmodi febris
hectica nuncupatur quod non in humoribus & spiritu solum sit: sed iam in habitum
habentibus cōphensa corporibus a dolore aũt imunis est existimanturq; febricitan
tes: ita ut prorsus febrire non uideantur: nec enim caliditatẽ sentiunt cunctis uno mo
do membris exæstuantibus. Etiã atq; etiã hæc habẽt proportionẽ naturalibus de sen
sibus ratiociniis. neq; enim absq; alteratione sensus neq; iam in omnino alteratis sen
sus doloris. Eo igitur etiam cunctæ hæcticæ febres a labore imunes & prorsus sub sen-
sum non cadentes sunt languentibus. Non enim amplius in ipsis partium una quidẽ
facit. Altera uero patitur cunctis similiter iam inter se inuicẽ factis similibus. Vnãq;
proportionalẽ habentibus complexionẽ. Quod si una ipsarum fuerit pars calidior.
Altera frigidior. Cæterũ non usq; eo calidior ut non uicina ingerat tristiciã uel ita inui
cem fuerint infestæ naturaliter habentibus partibus differentes etia; ipsis complexio
nibus. Caro enim pars calida. Ossa uero frigida. cæterum & harum & aliarum om-
nium sine dolore inæqualitas excessus moderantia. ita saltem nos uallando non infe
stat nisi quod imodereta quandoq; frigiditas aut caliditas controuertitur: ipsis itaq;
in medio differentiis quaq̃ multiplicibus existentibus excessũq; apertũ hñtibus citra
mœsticiã sentimus. Periclitatur ex iisce illud ratio habendo æquitatẽ quemadmodũ
inquit Hippocrates dicens. Hulcera cunctos esse morbos cõtinuationis nãq; solutio
hulcus. At imoderatæ caliditates & frigiditates proxime ad soluendam accedunt con
tinuantiam. Nam multa caliditas diuidendo & dissecando essentiæ continuum. at
extrema frigiditas lutescendo simulq; introrsum trudendo alia quidem excipit. Alia
uero

uero frangit huncq; quispiam ponendo terminum imoderatæ caliditatis & frigiditatis fortasis non a modo cognoscere uideatur siue hic siue alius quispiã sit terminus imoderantiæ. Verum in eo quod est aliquid iam manifestum est omnem existere imoderantiam. Neq; enim uno eodemq; modo sub caloribus aut frigoribus omne corpus digeritur & obhoc quædam suos habent animalia inter se inuicem humores quædam uero non solum non suos. sed etiam corruptibiles ut homo & uipera. utrorumq; enim sputum alteri pernitiosum est. ita etiam scorpium occides a ieiuno cõsputum. præterea hominem homo ieiunus mordens interficiet non serpens serpentem neq; aspis aspida. simile siquidem & domesticum est etiam amicum sicut contrarium infestum & pernitiosum. augentur nimirum cuncta & aluntur a similibus. perimuntur uero & extinguntur a contrariis & ob hoc sanitatis quidem custodia ex similibus at morborum periclitatio per cõtraria. at de his alia erit oratio & illa hectica febris q̃ iam i habitũ uenit animalis languentiq; sub sensum nõ cadit. At cunctarũ aliarum febrium nulla languenti sensus expers est. Verum aliæ magis. aliæ minus infestæ ægrotantibus. non nullæ ipsarum rhigorem adducunt. Id ita accidit sicut & alia multa ex inæquali distemperantia. ortus autem modum dicere non conceditur i hac in præsentia oratione priusq̃ naturales patefecerimus potentias quot: & quales sint utq; aliquid uniuscuiusq; faciendi insitam uim habet: at in euenientius causis de omnibus dicetur. redeo rursus ad inæqualis distemperantiæ differentias quæ inflamatiõi præsto est febris quod omnis inflamatio & febris omnis absq; eis quæ hecticæ nominantur ex inæqualiter mixtis est ægritudinibus iam mihi dictũ est. fit quoq; & citra inflamationem in tabe humorum sola febris. non enim a stricta & non digesta p putrescunt solum sed celerrime hæc ac maxime. Tabescunt etiam & alia multa quæ ad talem sunt accõmodata at de ipsorum ui ad id idonea. dictum alibi est. enimuero etiam alio modo circa uniuersum corpus inæqualis erit distẽperantia. Aliquãdo qdẽ fumida difflatione coarcta. Aliquãdo ab exercitiis ac laboribus auctis calorẽq; intendentibus. Aliquando cupiditate feruescente quod etiam i his omnibus febribus quẽadmodum prius dictum est in inflamationibus p̃ter efficiẽtis causæ potestatẽ & p̃ter corporis affectionẽ: alii qdẽ magis. Alii uero minus febricitãt. Alii nõ oĩno id manifestũ esse censemus. & enim ẽt ut spiritalẽ essentiam. aliquando quoq; humores succendat distempantia id etiam manifestum: nihilominus manifestũ ut omnes tales febres diuturnas quæ nominatur hectica comitatur: & quo pacto iam ipsa indicat oratio. quemadmodum aliquando essentia calida aut frigida parti alicui ifluente hãc fieri contingit inæqualem distemperantiã: queãdmodum in inflamatis dictũ. Verũ sæpenumero non ita: sed ipsa corporis complexione per qualitatem alterata & uelu ti alterantibus ipsam quædam ex ipso corpore excitantur quædam extrĩsecus cum in putredinibus solis aut aliquibus inflamationibus excitata febris ex ipso corpore consurgit cum in æstibus & exercitiis extrinsecus. dicetur rursus etiam plus in ægritudinũ causis sicut æstus efficitur febris alterata corporis cõplexione ita in frigore sæpe uæhementer refrigerantur per totum corpus ex ipsisq; non nulli mortui conciderunt utq; hi omnes frigeant latet neminem. Atqui dolent quicunq; uæhementer refrigerati sunt frigore afflicti. isti se igni ut confestim calescant expediunt ipsorumq; multi confertim igni manus admouerunt inunguium radicibus dolorem sentientes. Deinde quis euidenter causam spectans doloris inæqualem distemperantiam adhuc fidẽ nõ facit de iternis doloribus aut admirat̃ quo pacto sine iflamatiõe sæpenumero

dolent aut membrum aut dentes aut pars alia nulla enim talium est admiratio neq; aliquo pacto simul etiam obrigescunt & nonnulli ægrotantium febricitant. Nam si humor pituitosus & frigidus quẽ praxagoras uitrosum uocat. & amara bilis & calor pariter redundant: ac mouẽtur per sensibilia corpora nec mirũ quicq̃ utraq; similiter ualetudinarium sentit. neq; enim sistens in calido sole hominem si irriges aqua frigda fieri potest ut non simul solis sentiat caliditatem & aquæ frigiditatẽ: sed ibi utraq; præsto sunt ad magnaq; procidunt membra. at iuxta putridas febres intus & sensim quod utraq; sentire corpus uideatur. Nam quod pedetentim dispersum est tam refrigerans q̃ calefaciens nullum est quod ita membrum capere sensile possit in quo citius non existit iuxta iniectionem paroxysmorum. non nulli febricitantium & rhigent & febricitant & pariter utraq; sentiunt frigiditatem simul & caliditatem. At nõ in eodem loco. euidenter enim habent hæc calefactas definire partes refrigeratorum Intus nãq; ac in eiusdem uisceribus sentiunt caliditatem. In partibus uero exteriorib⁹ frigiditatem sentiunt sunt etiam febres quæ Lipyriæ nominantur in omnibus tales quãq̃ genus pernitiosorum causorum ut in his quæ per magnas corporis partes id est in tabidis per paruas contigit partes inæqualis nãq; distemperantia quæ harꝶ quoq; febriũ inæqualis etiã aliarꝶ omniũ præter eas quæ hecticæ nuncupant̃ iæqualis etiã; rhigoribus nõ in febricitantibus & raro quidẽ casus. fit tamen etiam mulieribus & uiris q̃nq;. oportet autẽ omnia segnẽ præire uictũ aut exhuberantiã aliquã eduliorꝶ hominem lõgiore tẽpore adhibere ex quibus segnis humor & frigidus & crudus pituitosusq; gignit̃ cuiusmodi praxagoras appellat uitrosum. Pridẽ ut uidet̃ nemo ita oblanguit qd nemo tam pigre segniterq; & explebiliter ac exaturati; uictũ ꝓduxerit. obhoc a priscis scriptum medicis est necessario febrẽ rhigorem comitari. Verꝶ nosipsi & alii plæriq; iuniores medici multa perspexerunt & rhigorẽ quem febris comitata nõ est composita uero ex hac distemperantia & ad aliquid febricitantium putrida ita illam nomino febrem cui omnifariam simul ambo contigerunt sic consequutus est rhigor at sequitur febris quemadmodum euenit in tertianis & quartanis neq; hanc uoco putridam proinde ex inæqualibus distemperantiis putrida implicatur & aliæ propemodum omnes febres præter eas modo quæ hecticæ nuncupantur itidem etiã quæcũq; portionis unius alicuius sunt ægritudinis cum tumore. & cuncta hæc propemodum inflamatione per distemperantiam efficiuntur inæqualem. cancer erysipelas. carbunculus herpis: tumor phagedæna gangræna cõmune quidẽ his omnibus ex fluxu humorum fuerunt: differunt hæc quod alia ex pituita. Alia ex bilioso aut melancholico humore. Alia ex sanguine aut calido & tenui & feruente: aut frigido & crasso aut aliquo modo aliter efficitur affecto indicabitur de hac specialiter differentia in his alibi quod ad præsentem pertinet orationem hæc dixisse satis sit: utcunq; sit fluxus iuxta eandem rationem quæ peracta iuxta quamuis dictam passionem: sicut ante a calido & sanguinolento fieri ostensum est inflamationi & ut similium partium ac simpliciũ & quodlibet primorum corporum ab hacce destillatione affectum ad inæquale perueni & ipsum distemperantiæ extrinsecus calefactum aut frigefactum aut arefactum aut humectatum cuiusmodi etiam sit distillatio in profundum usq; necdum similiter digestum. Sin totum omnino commutetur altereturq; illico sine dolore euadet. In molestiore autem ita disponet constituat. Hæc mihi satis uisa nosse eis qui medicaminum tractatus uelint inspicere & curandi cum hoc habere disciplinam.

¶ Explicit Galenus de iæquali distemperantia.

¶ Georgius Valla Placentinus Nicolao Masino Cesenati Artium medicinæq; doctori doctissimo Salutem dicit Aeternam.

QVod amorem erga me tuum, singularẽq; doctrinam tuã Nicolae Masine magnipendam quidẽ; sed quanti te faciam nullo adhuc aperuerim argumẽto id est ut ensem uagina tectũ semper gestare uel lyrã quæ reticet & q nõ tendit' arcus. Mecũ ergo reputanti, qdnam præstare possim unde meũ esse mutuum erga te amorẽ cognosceres succurrit Galeni ac admirandi medici Hippocratis ĩterp̃tis doctissimi morboꝝ p̃sagituræ opusculũ utilitatis nõ cõtemnendæ latinũ tibi faciẽdo tuũ posse animum oblectare ab ægrotantiũ cura nõ modo nõ distinendo: sed ad ipsam potius impellẽdo: qdq; tuũ possit animũ morte filiæ proxima exhulceratum mulcere: & ĩuectũ mœrorẽ si nõ penitus leuare ac abstergere: saltem quiret reddere leniorem: te a moribundis cogitationibus ad ĩmortales reꝝ scientia reuocando. Nam cui demum medico iam persuasum nõ est Galeni p̃cepta oia esse eiusmodi ut a falsimonia atq; errore lõgissime absint: cuius post Hippocratẽ a quo totus pendet quot quot usq̃ sunt medici tãq̃ diuinitus humano generi datũ numenq; suspiciunt: admittunt; sequunt'. & p̃ceptis parent: & cui ut par ẽ tu quoq; obtẽperas, hinc medẽdi arte excellis, stipẽdiũq; in nobili ciuitate Cesẽna solus ꝑmereri iudicatus es. Et pinde tibi etiã cõgratulamur, Galeniq; tui tibi præsagituram cõcredimus; ut ab eo nostri diutius quæas meminisse. Vale.

¶ Galeni de Præsagitura Georgio Valla Placentino Interprete.

ab aliisq; differt caliditatibus;neq; enim est idem contra naturam calor quod febris. tametsi quælibet febris est contra naturã calor q nãq; cõfestim iflatibus circũuẽti so/lis feruorem i caluerũt aut ignis alia ue quapiã pro catarctica causa membri alicuius cõtta naturã subiere calidítatẽ q̃ nec dũ incor penetrarit corpus aut in aluo humores cõptæhẽdens essentiãue aerosam succẽdẽs febris neq;est:neq;dicitur pluribus siqdẽ aliis adhuc opus est a corde enim sumat initiũ necesse est pq; spiritus & sanguinem ab ipso in corpus uniuersum diffusa febris:quod i iã memorata caliditate nõ fuit;hæc nẽpe indiffinitione posita sunt a corde sumens initiũ si nãq; febris totius corporis est ægritudo an nõ pcedit ut sit cordis cõseqturq; ut totius sit corporis. quo pacto nãq; cõtra naturam caliditas in totum diffundi corpus potuerit nisi prius cor succendatur. aut quod aliud mẽbrum contra naturã calescens totũ potest corpus calefacere & quam habet affectionem toti tribuere? sicut cor solũ inter cætera potest citra medium ullum efficere ut primo ipsum dein totũ corpus ab ipso succẽdatur cuius est prorsus causa: quod totius sit potius principium cor, inde magis aliis suis pro fluxibus suppetit toti corpori atq; administrat & perinde hinc nõ dubiũ qn in corde cõtra naturam primo succẽsa caliditas uerũ sit febris initiũ. Principium aũt inquã sicuti magnitudinis nõ huiusmodi sub particionẽ nõ cadens sed quod i potestatẽ ueniat diuidendi cum tota magnitudine. uera nãq; febris in corde cõtra naturã succensa caliditas tãetsi etiã toti quodammodo nõ attribuatur quantitate dũtaxat in toto differens quandoquidẽ to/tum corpus cor solum potest non aliquod aliud mẽbrũ. ℭ Cæterũ æquum sit intueri cur contra naturã genus est febris; uidetur nãq; quodammodo esse differentia qua febris differt ab ea caliditate quæ naturalis est solaq; genus caliditas de huiusmodi itaq; æquiuocis habeatur oratio illud expedit primo definire. quo fit apertius de quo dicere propositum sit sicuti de cane de cælesti ne an terrestri faciendo diffinitio. Quoniam igitur multipliciter dictorum est caliditas. una quidem quæ animal con/stituit quæ & naturalis nuncupatur. altera a corruptione proueniens quæ & contra na turam aut per naturam quare de hac primo cuius est intentio explicabilem oratio/nem habere necesse est. Exprimuntur namq; æquiuoca oratione quæ nam ipsorum sit essentia. oratio enim generalis unius cuiusq; essentiæ ipsius est genus. Iure ergo etiam contra naturam genus est febris: ut pote oratio existens generalis essentiæ ipsius sicut significatur habet ut sit: ac non sola caliditas: ℭ Recte quoq; positum est in de/finitione illud ex ipso procedens per arteria & uenas in uniuersum corpus. possunt si quidem contra naturam quæ incaluere membra tactu proxima calefacere membra & ea rursum alia & illa porro alia ad extrema usq;. Cum uero omnis ex corde calor di stribuitur in corpus uniuersum per medium ierit spiritum & sanguinem ex ipso cor/de in omne corporis membrum iure calorem contra naturam ex corde ortum haben tem per arterias & uenas in totum corpus dicimus diffluere. Eisdem enim quibus naturalem calorem in omne corporis membrum cor transfundit contra naturam quoq; calorẽ uidet naturalẽ inflagrantiã pmutasse. ℭ Dein illud naturales sensus offẽdens actiones qui ẽ finis definitionis febrẽ seperat a furore atq; similib9. furor namq; aliquo sensibili nocumẽto nõ offẽdit nisi febris adsit. ob hoc uolumus febrẽ nõ omnẽ eẽ cõtra naturã caliditatẽ tãetsi p arterias & uenas corq; in totũ corp9 trãsfundat sed illa tantum quæ morbus est. nã morbus contra naturã affectio offẽdit sensus actiões. ℭ Actiones autem dicimus naturales potestatis naturalis animæ actiones: quæ calidi tate imprimis contra naturã offendũtur: ob hoc malarũ potestatũ instrumentum est

menbrorum

membrorum complexio: quemadmodum porro uitalium horum ipsorum sua effi-ctio: Atqui naturalis calor non simplicium sed mixtorum esse prorsus a quoq̃ nõ ambigitur licet naturales actiones dicamus omnes animæ actiones: quod eæ a natura fiant atq; pficiantur quodq; neq; sentiantur: neq; moueantur neq; alantur neq; augeantur ac generent & absq; naturali. Insitoq; calore fieri non possint. similium namq; partium complexio effictionis sedes est atq; fundamentum & perinde contra naturam caliditate cunctas intuemur animales offendi actiones: præcipue eas quas naturales medici solent appellare unde dubium non relinquitur quin omniũ aliarũ egritudinum febris sit grauissima: atq; infestissima a totius corporis arce eminentissima cordis principio in totum profusa corpus omnes in eo offendit actiones. Ita igitur & hac de causa febris est contra naturam caliditas a corde sumens initium ex eoq; procedens per arterias & uenas in totum corpus: naturales ut iam dictum est sensus offendit actiones. ℭ At quoniam contra naturam ipsam dicimus esse caliditatem par erit primo quid sit naturalis aperire quid q; contra naturam caliditas genere namq; manifestato fortassis etiam cuius sit genus non ignorabitur. ℭ Naturalis itaq; est caliditas. talis inquam est & insitus calor cuius natura est animalis principium cum animali namq; nascitur & ob hoc dicitur naturalis instrumentum existens in totum animalis potentiæ. Neq; enim possibile est animam citra eiusmodi calorem in aliquod agendi munus descendere. Omne nempe instrumentum proportionale cum eo cuius instrumentum esse necesse est. Id nimirum fuerit si secus frustra instrumentum atq; ita in auribus per se aliquid frustra coniectum fuerit. Oportet ergo & insitam caliditatem animæ ut dictum est esse instrumentum ac indissolubilem simplicemq; habet complexione. Cæterum sublata in animæ potentias & in earum opera etiam illis erit proportionalis & perinde remixta frigido & humido & arido & temperata & moderata iureq; ob id fuerit appellata naturalis & insita complexio: sed magis ob ea naturalis & insita complexio dicta fuerit caliditas. Hæc ipsa ob id in rationum complexione caliditas cæteras superat exceditq; qualitates. Animalia namq; calida perhibentur ob eamq; in ipsis excedit caliditatem reliquas uincentem qualitates. hoc nimirum ob eam quæ in ipsis excellens est caliditatem reliquas superantem qualitates idq; quod omnium aliarum qualitatum caliditas sit efficacissima nulla siquidem ei uicina ipsam qualitas commitarit ut ea ipsa alias hæc igitur naturalis atq; insita caliditas. Q uæ contra naturam est ea ex aliqua extrinsequa causa quæ sit neq; familiaris naturæ: neq; ab ipsa capiens principinm corpori aduenlens non proportionale existens instrumentum naturalium potestatum neq; custodiens ad congrua opera rationem hæc acquisiticia & aliena est: quæ porro sua distemperantia ne utiq̃ conseruans ad potentias & opera proportionem eiusmodi etiam diceretur contra naturã complexio ad maiorem calorem declinantem iuxta eam rationem qua insita cognataq; caliditas. Nos autem ne prætereat quod quemadmodum insitam ita & aduenticiam dicimus caliditatem nec tamen ut aduenticiam ascititiãq; ita & cognatã dicim⁹ frigiditatem cuius omnino causa non simpliciter: ac per se frigiditas naturæ opus induit sicut & caliditas extrarium enim & corruptorium animatorum & imprimis animalium frigiditas atque in commobilitatis potius quem motus causa. namq̃ uis naturam comitari quodãmodo uideatur nõ utiq; per se: sed p accidens. ℭ Ex eis igit̃ quæ dicta sunt non dubium qñ naturalis & insita caliditas ab ea quæ cõtra naturam

differat primo quidem causis dein bona temperiæ:ac mala tēperie ac omnino ut extremum medio. Nam quemadmodum uirtus ad uicium hinc quoq; consequenter specie ac forma tanq̄ sanum ab ægroto corpore differt. Nempe ambo circa ide; subiectum ueluti. Contrariis esse consueuit siue flatus siue humor siue aliqua portio fuerit in qua inter se inuicē faciunt & patiunt sicut uirtus:uitiūq; ueluti pauloante dicebamus huiusmodi itaq; naturalis & contra naturam caliditas talibus inter se inuicem differentiis ut multa paucis absoluam differunt. at quoniam febris uidetur ac dicitur naturalis esse caliditas inflagrantiam commutata age inspiciamus recte ne putetur ac dicatur habet enim hæc coniectatio inspectionem magis naturalem. ℂ Duorum in quam contrariorum in se inuicem agentium ac patientium in eadem materia. Alterum quidem eiectatur ac corrumpitur. Alterum autem insistit & urget neq; enim amborum entelechiam in eodem subiecta esse possibile est:neq; porro ab eodem abesse subiecto:sed alterius quidem accessu. Alterum a materia secedere necesse est. Alterutrius autem secessu alterum rursus subire materiam informando. nunq̄ enim eode; temporis momento indiuisibili materia essentiaq; contrariorum est susceptrix: neutraq; potest a natura contrariorum esse forma:neq; rursum plurimum inter se inuicē differentia tametsi sub eodem sint genere in eodem ali possunt alio sub alio instructo atq; disposito. Neq; enim si hæc medium obtinentia illa sine medio fuerit contraria. De ambobus namq; eadem congruit oratio hæc ita quæ ad materiam mutationemq; pertinent. Alioqui media quo modo extremis eadem. At quoniam omnis naturalis actio factio ue in eo quod fit habens ut sit motus est. At motus in tempore temporis porro principium mediumq; & extremum ac ultimum est itidem etiam contraria in quibus motus in medio posita. multis inter duo existentibus speciebus ac distantiis: necesse non est in ipso motus principio alterutrum quidem contrariorum corrumpi. Alterum autem in contrarium agi nequidem in medio. In cassum si quidem est a principio ad medium ac finem & rursus a medio ad ultimum motus. Relinquitur itaq; solum in motus extremo ac ultimo unum quidem contrariorum omnifariam absumi & neutiq̄ esse. Alterum autem in diuersum agi eodem temporis momento qui etiam motus est terminus qui ad quod & inter eum qui agāt indiuersum eodem temporis momento qui terminus est etiam motus qui ad quod & inter duos terminos hoc ex quo hoc in quod. mediarum specierum multas fieri necesse est huius quidem præcedentes in quod consequentes autem id quod est ex quo quorum neutrum extremorum est neque dicitur ut fulgens, palidum: rubrum: Cætera quæ media in quæ primum mutatur quod ex nigro in alba mutando quod neq; est neq; dicitur album aut nigrum simpliciter nisi duobus extremis comparatum ad illud quidem nigrum ad hoc autem album diceretur at simpliciter non est:nisi quispiam species uelit confundere. Eadem dixeris de ipsorum distantiis atq; extremis. nisi quod extremorum quidem illa specie per distantias suas magis & minus & in secabilitate differunt hæc omnia febrim intelligens non fuerit hallucinatus. Nam asciticii & extrarii caloris qui in nobis est spiritus aut humor aut portio quæ moderata sunt calore quam dicimus in moderantiam calefacientis & alterantis quodlibet se calidius euadere necesse est quemadmodum si ex frigido uel tepido mutarit in calidum. At quoniam incalescens necdum concaluisse at concaluisse: qui ad quod:calefactionis terminus oportet omnino ex moderato concalescens quo ad

calefactum fuerit per medias plurimas species atque distantias ire contra naturam caliditatis; quarum nulla extremo prorsus per similis: neque habitus est neque dicitur huiusmodi autem medium corporis alterationum siue calefactio, siue refrigeratio sit siue quæpiam alia ex primis qualitatibus denominanter dictis a medicis differens distemperantia dicitur. Ob contrariorum in ipsa pugnam insidentem. Distemperantia quidem quatenus naturalibus actionibus proportionalis nó est. differens uero ad ipsius naruralem habitudinem. In tali itaque medio etiam corporis esse dicimus portiones quando corpus febricitat in spiritibus aut humoribus putrefactis succensa febri ut ex eis quæ ante dicta sunt est uidere. Alteratione autem iam ad finem tendente & contrariorum ad se inuicem pugna quiescente adueniens. Complexio dicitur æqualis contrariorum. Alterutro in totum corrupto etiam portiones sub tali esse complexione & calefactas esse dicimus: Paccata uero alteratione æquali quæ illa appellata complexione adueniente ad sentiendum alicui sensuum aduenit alteratio; neque erit æqualis illius; quemadmodum nequidem naturalis ullus complexionis sensus neque dolor sensum tristem agit. Nam effectus est tanquam naturalis portionum. Affectio ad quæ complexio cuius ab abente sensus nullus. Quod nullam eius ipsius in se gignat actionem habitusque quidam portionibus innascens: unde etiam nomen obtinuit a medicis hectica febris appellata: his igitur ita diffinitis hinc licet inspicere quod quemadmodum non est proprie dicere nigrum quando albicat. Id autem dicecere. Quando adhuc sub motu & in medio est motus quod cum mutauit in album quatenus albicat nec adhuc exalbuit sicut quod necdum album euasit & in eo quod ad quod motus existens diceretur irremistum nigrum nigritia omnino corrupta, ita nequidem in spiritibus & humoribus putrefactis succensam febrim dicere conuenit contra naturam caliditatem inflagrantia mutantem. Mutans namque necdum mutauit nisi quis uelit dicere omnem inter mediam speciem & omnem distantiam flagrantiam atque caliditatem & potentia solum esse: entelechia autem non. Nam quod motum est potentia ad id quod mouetur non entelechia siquidem non mouebatur sed quiescebat, tale entelechia existens ut ad quod mouetur. Alioqui enim motum idem est & non motum iuxta idem & in eodem fuerit quod est negantia, hectica nimirum febris est ut per naturam calidum in flagrans commutatum. Sed est ut non. Nam si calidum pro qualitate intelligatur & capiat: non est nam flagrans illud est calidum nec ullo pacto est naturale calidum. Quod si pro subiecto etiam magis. Nam in hecticam commutans febrem magis flagrans. Vtuntur autem similiter medici huiusmodi dictionibus est quando fortassis non causa & ratione. Nam quia intra talem alterationem infinitæ quodammodo species sicut in physicis ostensum quæ nomen non sortiuntur medicum oportuit de illis habendo orationem extremi ad quod motus nomine eas uocitare cum de omni simpliciter febri loquerentur quod sit contra naturam calidum inflagrantia mutatum. at potius uerum est si quis uelit dicere tale ut dictum est de hectica febri.

❡ Scitu autem dignum febrem non esse ullius aut solorum corporis membrorum

quæ ſunt.quæq; dicuntur animata.neq; enim qui in nobis ſpiritus proprie neq; hu-
mores ſed ſolæ corporis portiones febricitant quæ etiam inſtrumenta a noſtris actio
nibus iure nominantur nã quemadmodum ſanitas quædam naturalis eſt affectio hu
mani corporis qua homo ſuas congruas actiones perfecte abſoluit im portionibus
eſt corporis quarum actiones at humores & ſpiritus huius effectrix cauſa. is quidem
tanq̃ inſtrumentum in totum & generale animæ illi autem ut ſilua membrorum ex
quibus augetur atq; alitur ita & ægritudo cuius ſpecies febris quæ eſt contra naturam
affectio corporis humani ſub qua in actionibus per ſe & primo ſenſibile ſit nocumẽ
tum in eiſdem erit corporis portionibus quæ actiones.contraria nãq; in eodem fie-
ri agnata ſunt at ſpiritus & humores effectricia potius quam ſiluoſa morbi & febri-
um cauſa.alioqui morbum & ſanitatem paſſiones animati quatenus animata ſunt
eſſe conuenit ut in ſubiectis ſunt animatis.ſolæ quæ in nobis ſunt animatæ particulæ
nam ſpiritus & humores in animata neq; alta neq; aucta: neq; ullam aliam natura-
lem habentia actionem. Proinde omnis febris ſiue quottidiana ſiue in humoribus
ſuccenſa putridis ſiue etiam hectica in corporis eſt portionibus & ſi fiunt adhuc inter
efficiendum habent ut ſint at hectica iam effecta. non amplius fit neq; iter efficien-
dum habent ut ſit:hæc igitur etiam febricitare dicimus membra & calefacere & cale
fieri ſiquidem omnis febris aut calefacit aut caleſit:neq; omne calefaciens: aut etiam
calefactum illud membrum febrire compellit cui humor aut ſpiritus febrium cauſa:
cauſa profecto ut effectrix: ℂ Ex his manifeſtum quod febrium aliæ ſunt quæ fuit:
Aliæ quæ factæ ſunt quemadmodum etiam morborum alii quidem ſunt qui fiunt
alii qui facti:quorum unum factum eſt alterum fiet:nec dum dico quod ſint aliqui:
futuri uero ex affectione quæ in corpore:ſed hæc alibi: dicetur autem fortaſis qua
gratia & mediocriter in eis quæ deinceps:atque ita de hoc definitum eſt. At tem-
pus fuerit reliquum dein ceps conuertere orationem ac primo quidem de quibus
nobis dicendum ſit humida autem hæc quæ ſpiritus & ſolida ut pauloante memora
uimus deinde de cauſis in genere ex ordine orationis procedendo.

ℂ Cum igitur ſint in nobis tria: ſolidi humores & aeroſa eſſentia & portiones cor-
poris noſtri quæ ſolidæ: At humorum humectorum naturaliſq; flatus aeroſæ eſſen-
tiæ contingit contra naturam caliditatem quandoq; ex alio dictorum capere princi-
pium.Diſtribui autem atq; diſponi a patiente reliqua duo genera niſi prius diſſolui
præuenerit atque diſtrahi & hinc tres nobis quæ ad ſiluam febrium differentiæ re-
feruntur: Vna quidem qua aeroſa eſſentia ſola ſatis calefacta eſt. at humida & ſoli-
da calefiunt quidem ipſa quoque at necdum calefacta nec enim parum differt cale-
fieri & calefactum eſſe. Hoc enim fit potentiaque comixtum ſemper & nec dum
entelechia habet ut ſit. Hoc uero iam factum eſt nec potentia comixtum eſt:eſtq;
actione. Alia uero qua humorum eſſentia calefacta eſt. At necdum calefacta eſt
aeroſa eſſentia neque ſolida adhuc calefiunt necdum calefacta ſunt. Tertia & ul-
tima qua iam calefacta ſunt ſolida, Cætera uero calefiunt quidem at calefacta non
poſſunt. Prima igitˀ differẽtia quottidianas, Secũda ĩ putridis hũoribus ſuccenſiones
hẽt. Tertia hecticas offẽdit febres. ℂ Certa tibi eſſe poſſunt q̃ iã dicta: ſi progrediare
ad ea q̃ euidẽtiæ cã nos quoq; poſuimus exẽpla ubi de febriũ loqmur, differentia nec
minus p̃ſens exẽplũ poſuimus qđ ab hippocrate in primis erudito inuentũ ẽ his quæ

dudum

dudum memoramus peculiare. namq; nobis inſpiciendi cauſa balneũ: inſpiciamuſq;
quot differentes inter ſe inuicem habeat differentias ex quibus conſiſtit & ut habet
aut habere ad calefaciendum poteſt an non tres differentes ſunt eſſentiæ: quæ balne-
um conſtituunt parietes; aqua & incluſus intus ac a parietibus compræhenſus aer. pro
portionem enim præſe ferunt parietes quidem ſolidis quæ ſunt in nobis partibus:
humoribus autem aqua: aer uero ſpiritibus. & calefieri primo a balneo aer a nullo alio
dictorum: fieri enim id poteſt non opinione tantum ſed etiam re ipſa poteſt accide
re calefacto autem aere deſit primum quæ in balneo aqua ea enim eſſentiæ tenuium
partium plus aliis quæq; plus ſubicitur paſſionibus quamq; paries idq; prioris ſit fe-
brium differentiæ exemplum quo dicebamus quottidianas apparere febres. ſuccen-
ſa namq; ac inflamante iam contra naturam caliditate aeroſam eſſentiam nempe ſpi
ritum. humoribus autem: ac particulis adhuc calefactis rurſus calefiat primo quæ in
balneo aqua an non ea calefacta calefit ſtatim etiam aer deinde ipſum compræhen-
dens paries at necdum interim calefactus ſit ſed adhuc calefiat. ac exemplum ſecũdæ
ſit febrium differentiæ quam dicebamus quæ putridis humoribus febres ſuccenden
tur caleſcentibus quidem humoribus aliis adhuc calefactis rurſus calefiat primo pa-
ries balnei deinde aer & aqua illo pariter concaleſcat hinc tertia ac ultima febrium
imagine tibi ſuſcitatur differentia per quam hecticæ febres calefactis iam ſolidis aliis
uero adhuc caleſcentibus conſiſtit. ¶ Hinc manifeſtum eſſe poteſt ut tria ſola quæ
in nobis in quibus contra naturam caliditas membra humores ſpiritus eadem &
apud hippocratem cohibentia. cohibita & erumpentia. uocantur cohibentia qui-
dem membra quæ etiam ſolida nuncupantur cohibita autem humores: erupentia
uero ſpiritus ſingula ex ſuaui congruam ſibi nacta ſunt appellationem cohibent enim
& continent ſolida. Cohibentur uero atq; ab his compræhenduntur humida & flui
tantia nempe humores. erũpunt porro qui in nobis ſpiritus quod tenuiſſimarum ſint
partium eſſentiæ atq; calidiſſimæ & facillime præcunctis corporis partibus cedentes:
¶ Manifeſta igitur tria ſola ſunt febriũ genera neq; plura neq; pauciora nempe quot
tidianæ & in humoribus ſuccenſæ putridis. Item quæ hecticæ dicuntur febres & hæc
ipſa genera multas ſubeunt differentias præter magis & minus contra naturam ca-
liditatis quam etiam eſſentialem febrium dicimus eſſe differentiam qua longas &
breues febres nominamus & præter modum motus quo tardæ & celeres dicun-
tur febres relinquenteſq; & non: Item præter concidentias contra natuam caliditatis
ex quibus per ſigna cognitio elicitur qualiſcunq; fuerit febris a medicis depræhen-
di conſueuit unde dicere conſueuimus febrium alias quidem rubentes alias pallidas
alias liuidas & alias aliter. uerum hæc ubi de febrium differentiis dicentur apertius di-
canturq; nunc pauca quædam non ingrata licet a propoſito egredi uideamur.
¶ Ex eis quæ dicta ſunt mãifeſtum quod facillime omniũ ſpiritus ſuccenditur & ce-
lerime diſſoluitur. minuſq; fuerit quottidiana abſunt autem humores. Item minus
mẽbra id ꝑpterea eueniẽte ꝑpemodũ cã mala: & obſcura quottidiana euadet & ade-
rit facile ĩſurgente facillime distracto ſpiritu. q̃ uero in hũoribus ſuccenſæ putridis a
cauſa aliqua mala non fiunt febres. Quod natura humorũ ſit ſolidior & magis reſi-
ſtens quã ſpiritus: aliuſq; alio ſolidiorem. ac magis reſiſtẽtem naturã habuerit ut de-
ĩceps poterit ĩnoteſcere. at difficulter abſũt eiſdẽ porro rõnibus ẽt magis q̃ cũq; ĩſoli-
diore hũore ſuccẽdunt. hecticæ igit difficillime adueniũt & difficillime abeũt; nec. n.

facile partes naturæ solidioris accenduntur neq; rursus calefactæ facile calorem abii/ciunt nam quod solidum dificulter subit impressionem quam cum subierit ac for/mam & qualitatem pariter custodit nisi in contrariam qualitatem plus declinarit ita nimirum hecticæ uocitentur febres quod sint habitus & difficulter arceantur.

¶ Cognitu quoq; necessarium quod cũ sit in trium febrium genere ut diximus quot tidiana subdiuiditur porro iuxta causarum differentiã. nam spiritus undiq; similium partium est nec eiusdem est alteritatis ut nunc sic loquar cuius & humor. At in humo ribus succensa febris non iuxta causarum distribuitur differentiam. una namq; est cau sa connexa quæ eiusmodi conficiat febrem quæ est in humoribus mutatio ac putre factio: sed iuxta humorum alteritatem ac differentiam differens materia putredinis efficitur. at hectica febris iuxta causas non unam subit differẽtiam. eadem nãq; omni fariam & febris ac ex differentibus oritur causis iuxta membrorũ humiditatem cor/ruptam & asumptam & ab eius mora deflorescentem ac flaccescentem plures subit differentias sicut ubi de hac loquemur. & perinde tres dominantissimæ sunt febres quibus ex ea quæ in nobis materia qui contra naturam calor suscitatur. differentiæ neq; plures neq; pauciores. nunc de harum singulis examinatius differemus. si prius de causis in genere dixerimus deinde ipsis ut procedentis iubet ordo sermonis.

¶ Causa itaq; a medicis quæ prima est unde fit quæpiam in corpore humano affe/ctio aut affectionis mora. primum igitur ut dictum est quod sit causa suo antiquior effe ctu estq; aliquando tempore. at natura semper omnino illo prior a quo autẽ fit quæ/dam in humano corpore affectio posita: in super & affectionis mora. unoquidem efficiens altera uero conseruãs non unius certe corporis sed plurium sanorum: ægro rumq; ac neutrorum & eorum porro simplicium & instanti quemadmodum & sim pliciter eorum quæ semper & ut plurimum causa namq; in eo quod ad aliquid. Cæ/terum quo nam pacto conseruans causa prima est nam prior custodiens sanitas quã eius cõseruans causa: oportet naq; sanitatẽ ante ire: deinde subsequi custodiã. præterea hæc ad se inuicẽ dicunt nã custodia sanitatis custoditæ sanitatis custodia & cõtra. talia nempe simul natura non ergo custodiens causa existens prima est Sanitas quidem talis prior hanc custodiente causa. at sanitas fuerit custodiens posterior hac natura non utiq; prior ac quæ ad se inuicem nõ omnino simul natura simul nẽpe omnia na tura sunt intellectu sine alterutro namq; alterum non dinoscitur. At rursus quomo/do causa custodiẽs sanitatis aut ægritudinis neq; enim materiosa. nam materia urinæ pars est: at custodiet non materia sed species potius illius cuius est species. at ad acci/dens quomodo habebit siluosa causa quod ex quo. nam in quo membrum est & non custodiens causa. neq; efficiens: quoniam in contrarium diuisum est efficiens a custo diente neq; speciale. Custodiens si quidem causa de qua est medicis oratio aliena & extra id cuius est omnino custodiens at species propria est cuius est species essentialis nimirum portio insuper & speciei species non est: ita namq; in infinitum excidemus sed non finitum absolutumq; neq; finis sanitatis aut morbi custodiens causa. potius igitur hæc finis illius & ob hæc illud. custodiens ad efficiens fere reducitur & quodam modo specialis naturæ habet communicationem. nam quod efficiens etiam custodi/ens esse potest pro fluxu illo continuo existente susceptitio: lumen enim facit quí/dem potentia colores: actu colores: at factos custodit: & humor membro alicui influ ens calefacit quidem illud aut refrigerat sua qualitate. Calefactũ autem aut refrige

ratum eius

ratum eiusmodi custodit: nisi ab illo separetur ac rursus alii influens membro ob-
struit meatus illius & uias siue aperiens custodit locum scepiendo ac non transcen-
dens aut etiam distractus uel sponte: uel quapiam diligentia ad id autem fert quæq;
medicis est dicere consuetudo causas. morbosas esse quæ morbum inducant corpori
eundemq; porro custodiũt admodum igitur uerum de causa morbi effectrice quod
nisi a languente discedat fiat ex effectrice etiam custodiens cuius oĩo causaq; huius
actionis continuatio & contrarii pugno unde specialis naturæ communicans non est
morbũ custodiẽs ut illa species: cuiꝰ ẽ spẽ snõ admodũ uerũ id dicere de effectrice sa-
nitas causa ut sanitatem corpori prætendat at custodiens deinde transmigrarit: si enĩ
huius actionis fiat continuatio sanum iam effectum corpus in aduersam affectio
nem peruiuiscet statu deinde corrigetur causa uero effectrix causa sanitatis potius pe
netrabit morbum quam sanitas tantumq; ab alterutra parte sanitatis magis morbũ
penetrabit q̃ sanitas tantũ ab alterutra parte sanitatis absistit: quantum ab alterutra
eiusdem rursus sanitas quorum neutꝝ quisquam dixerit de custodiente sanitatis: effi
ciens igitur & custodiens sanitatis causa fuerit ut dicebamus & ob hoc ad illud redige
tur efficiens tamen reducitur correctiora namq; sortita sunt ut sint genere causaꝝ cõ
seruatoria ueluti ille uirtute insignis autor de conseruatoriis pronuntiauit. ¶ Dubita
tione autẽ dignũ & quomõ apud medicos cã est effectrix solũ & custodiens sanita-
tis & morbi, quædam certe materiales: quædã speciales: quædam finales ex quibus
specialis nobis ingenita est sanitatis & morbi: proprie quidẽ hæc materiosam nõ ha
bent cãm ex quo sunt accidentia quibus nõ est ex materia fieri. Materia nãq; ẽ unde
oritur quicq̃ existentis portioq; est essentialis ex ipsa geniti. Præterea ẽt proprie ma
teria sola est cohærentis & compositæ essentiæ nõ alicuius accidentium. Habet aũt
tamen cãm materiosam quod ĩ quo quod est subiectũ ĩ quo sanitas & morbus ad hæ
rentius existẽs & lõgius. Adhærẽtius quidem membrum. Lõgius uero ac remotius
furor: itẽq; remotissimum elemẽtum ideo recte aiũt medici qui morbum aliquẽ fa-
tẽtur ex materia fieri: quẽadmodum ĩ humoribus putridis succensa febris ex humo-
re ut tertiana quidem a principio. Quartana uero ex atra bile ueluti ex materia pro-
prie sit: neq; enim talium quicquam materiosum est humor: sed potius effectrix cau-
sa, & ipsoq; talia gignuntur non ut in hærentis: sed ut principium motus habentis.
efficiens autem non specie coincidere materiosæ causæ ad naturales didicimus &
perinde effectrices duntaxat non etiam materiosæ sunt huiusmodi causæ. talium
utiq; fuerit quãdoq; cã sicubi a medicis morbus ex materia fieri dicatur dicit̃ abusiue.
contraq; dirimunt hoc dicentes ex humore genitum morbum nullam habendo cau
sam aut habendo quidem: sed distemperantiam aut malam effictionem quoꝝ neu-
trũ dicitur materia: non quod humor materia ex qua existente gignitur febris: sed
quod res aliqua materiosa: & subiectum distantiis. præter hæc autem caret ratione sa
nitatem & morbum ut in subiecto humore esse existimar̃ ubi humor adhuc manens
humor & necdum mutans in membrum subiectum fuerit morbi & sanitatis iuxta
suam existentiam ueluti membrũ. cuius enim nulla fuerit actio perfecta uel imperfe-
cta. id quæpiam fuerit sanitas aut morbus. Humorem uero nullius participem esse
animalis actionis nemo est qui ambigat. potentia nimirũ humor subiectum sanita-
tis & morbi. ueluti potentia sunt & proportiones in quas nutrimentum commuta-
tur factæ illis per alterationem uel ut ex quo portiones effectæ sunt tamquam ex se-
undo elemento. Diceretur utiq; etiam morbus in humore & sanitate tamquam in

efficiente horum causa neq; ut susceptiua sicut consumantia in faciente & statua in
statuario & complexiones & effictiones & potentiæ quidam medici sanitatis &
morbi speciales esse causas aiunt abusiue illorum speciales causæ dicuntur. species
namq; speciei non est ut pauloante dicebamus. Complexiones nimirum & effictio
nes species materiales quodam modo sanitatis & morbi causæ. neq; enim ē com-
plexio: aut effictio sanitas aut morbus sed in illis bona complexio uel mala com-
plexio. & moderantia uel immoderantia. proinde sanitas & morbus species specie
bus adiiciunt quæ animæ autem potestates post sanitatem & morbum in corpote uti
liter uel perniciose exercentes uidentur quodammodo illorum causæ speciales: adue
niens namq; uidetur & species illius cui aduenit. priora igitur complexio & effictio
media uero sanitas & morbus & tertia potestates omnes species. sanitas nimirum &
morbus inter hæc duo priorum quidem speciales: ultimorum uero quodam modo
materiales sunt ut diximus causæ: & actiones esse nullus est qui ambigat sanitatis &
morbi finales esse causas. nam ob imperfectam morbus actionem ueluti ob perfe-
ctam & bene habentem sanitas. iterādo igitur ambiguitatem dicimus quod tametsi
tales & materiales & speciales & perfectæ sint sanitatis & morbi causæ. Oratio ta-
men de harum inspectione & demonstrato medico non est neq; quatenus medi-
cus ratiocinabitur assumit namq; eas in demonstrabiliter a naturali philosopho &
tamquam principia in demonstrabilia suæ sibi subiicit artis. at de efficientibus ac cu-
stodientibus causis sanitatis & morbi plurima a medico habetur oratio: & per de-
monstrationem ex suis principiis inuestigat: de iisdemq; ratiocinatur inuenit quæ
qualescunq; & quot sint. præterea apud medicos causa efficiens est duntaxat & custo
diens sanitatis & morbi & neutrius affectionis causa.

¶ Nos autem non lateat causam apud medicos trifariam distribui in effectricem.
custodientem & perseuerantem. & efficiens quidem tribus conuenit afectionibus
nempe sanitati & morbo & neutri affectioni. custodiens autem id perseuerans soli
neutri: sed differt quatenus hoc quidem paulatim erectiones facit priusquam subita-
rium occurrat nocumentum Altera etiam quodammodo occurrente fere nocumen-
to nisi incommobiliter. Custodientia enim futuri non sunt mali præseruantia ac
morbi quod habeant ut sint in sua causa quam corpus fere digerit, quemadmodum
in neutris corporibus præseruantes causæ facere consueuerunt insensibiliter languen
tibus & insensibiliter offensis actione in quibus morbus in causa existens corpus
quodammodo digerit. Aliæ custodientes præsentis sanitatis & sani corporis in quo
nullus omnio morbus, neq; simpliciter neq; de langore quicquam. hæ igitur custodi
entes sanitatis & præsentis constructionis aliæ præseruantes futuri mali & langoris
a medicis nominantur ex his omnibus manifesta fuit & quæ a medicis causa. pri-
ma est a qua fit quæpiam in humano corpore affectio uel affectionis commoratio
ex qua dicendum sit quot & quales ab ipsis rursus causæ.

¶ De causis.

CAusarum igitur siue sanitatem prætendentes siue morbosæ: siue neutræ. si-
ue rursus efficientes siue custodientes siue præseruantes aliæ præcipue quæ
& principales quidem sunt quæ præter corporis essentiam sunt extrinsecus
euenientes & corpus alterantes uæhementer etiam transmutantes quarum quædam
necessario

neceſſario corpus alterant & tranſmutant quibus ipſi impoſſibile eſt non admoueri. Aliæ porro nõ neceſſario. necceſſariæ igit' hæ ſex ſũt genere unũ, quidẽ aer & omne quodcumq; compræhendens. Alterum autem quies & motus totiuſq; corporis & perparticulas. Tertium ſomnus & uigilia. Quartum alimenta & potus ac prorſus quæ proferuntur. Quintum excrementa & retenta & ſimpliciter repletio & euacuatio. Sextu; animæ affectus ut furor. lætitia mœror & huiuſmodi alia. nam hæc præter corporis eſſentiam quod etiam aliud aliquid anima a corpore. quædam non ex neceſſitate quæcumq; a fortuna & caſu & quæcumq; a propoſito ut enſis aut fera aut lapis aut cicuta: aut præcipicium & id genus alia quibus incurrere neceſſe non ſit ſed fortuna & caſu & propoſito ſæpe numero adueniant & non adueniant. ineuitabilia & ex neceſſitate & ſemper neceſſario aduenientia ſi modo corpori uiuendum ſit. oportet enim hominem ſi modo uiuere procuret in aere uerſari & moueri particulatim: & quieſcere aut toto corpore aut per partes & dormire ſimiliter & uigilare & comeſſe & bibere & impleri & euacuari & lætari uel triſtari & iraſci uel terreri & alia pati quæ animæ ſunt perturbationes. Præcipue igitur cauſæ ſunt tales neceſſario aduenientes & non ex neceſſitate dictæ ſunt. Præcedentes autem & coniugatæ quæ in eodem corpore ut opilationes: humores & complexiones & effictiones: differũt interſe inuicem quod aliæ quidem ſtatim ſine medio compleant affectionem ut putredo febrem coniugatæ. Aliæ medio aliquo uelut aſtrictio uel etiam opilatio febrẽ media putredine. Præcedentes aliæ prædominantes cauſæ quandoq; etiam ſine medio abſoluunt quam perficiũt affectionem & ſi hoc cõiugatas cauſas comitatur quẽadmodum therme circunfuſi aeris aut etiam excedens motus aliquis eſt nullo i medio aſſumpto eo per quod febrem ex ſe ſuccenderunt ac profecerunt ut rariſſime eſt uidere in quibuſdam hecticis fieri febribus. Eſt ubi etiam cum medio uel ſola in medio aſſumpta coniugata cauſa in quo & præcedentis locum cohibet ut plurimum in quottidianis eſt uidere & paucis in humoribus febribus aut etiam utriſq; præcedente & coniugata in medio aſſumptis ut in quibuſdam quottidianis & plurimum fit febribus prioris exemplum. In quottidianis quidem ſolis caliditas: aut motus aut aliud aliquid talium in nobis ſine medio ſpiritum ſuccenderit. Hoc autem in medio aſſumpto quottidianam abſoluet affectionem at in humoribus febribus ſolis caliditas uel uæhemens motus aut nutrimentum malum taliaq; humorem quidem alterabũt primo & corrumpent & ſimpliciter aut complexionem aut effictionem: horum uno in medium aſſumpto dein in humoribus ſuccendit & abſoluit. exemplũ ſecundi in quottidianis quidem circumfuſi aeris cuiuſcumq; frigiditas cutem quidem denſefaci et perq; eius denſitatem ſpiritus conflagrabit ac porro per ipſius ſuccenſionem quottidianam abſoluet affectionem. At in humoribus febribus peculiare etiam in quottidiana continue dictum percutem denſitatis & humoris ſuccenſionis circumfuſi aeris frigiditas talium quampiam febrium abſoluet: ſed propria etiam in quibus non unam modo: ſed etiam plures præcedentium cauſarum capias in talibus namq; febribus ut plurimum multæ tales incidunt præcedentes cauſæ. ſunt uero ex medicis qui dicant præcellentem cauſam ægritudinis per medias alias præcedẽtes cauſam conficientem ægritudinem. At per mediam coniugatam ſolam tam & ſi extraria aliqua ſit & extrinſecus corpori icidit præcedentem uocent: ſed non præcellentem eſſe cauſam dicunt ſicut & quæ ſine medio quamcunq; perficientem ægritudinem ſemper coniugatam uerum tamen differentem ab ea quæ proprie præcedens & coniugata

nominatur hanc quidem incorpore esse. hanc uero extrinsecus corpori incidere. At recte ambas dixeris causarum ad se inuicem naturam. uerum earudem ad ægritudinem habitudinem & distantiam inspicientes causas diuiserunt tantas nimirũ ac tales causas præcellentes existentes & præcedẽtes & coniugatas esse ut diximus. Noris tu quoq; quod earum rursus quædam per se: quædam per accidens sunt causæ quorum sunt causæ. per se quidem quæcunq; efficientem in se habentes potentiam aut potestate aut actu per illam semper per se eandem absoluunt affectionem in corpore ut si uelis piper & opium hoc quidem semper calefaciens quatenus habet etiam potestate caliditatem. hoc autem refrigerans quam pariter potestate & actu adipiscitur frigiditatem. Caliditatis namq; est calefacere sicut frigiditatis semper per se refrigerare. At per accidens quæcunq; non perquam habet uim ut habeat: sed per aliud aliquid quod actionibus adueniat affectiones exercent quemadmodum aqua frigida calefacit quidem corpus sed non per se. nec enim frigiditatis est per se calefacere sed per accidens, ideo autem per accidens quod meatus & uias corporis densas effecerunt ut pro modo frigiditatis per quas difflat corpus & diffluit qui in nobis recumbens calor. Impediuit caloris ad exteriora uolatum ac meatum. hinc se calidius effecit corpus itidem uero calida aqua refrigerat quidem sed non per se quando quidem caliditatis non est per se refrigerare: sed per accidens. at per accidens quod meatus ac uias rarefaciens corporis ut modus fert caliditatis ideo qui in nobis insitus distrahitur & difflatur calor facilem illius ad exteriora meatum effecit. Hincq; corpus caloris distractione frigidius effecit quam esse consueuit. At congnitu dignum quod non solum hæ quæ dictæ sunt causæ. langorum fiunt causæ: sed etiam ipsi langores langorum aliorum sunt quod fiant causæ. Ex quottidiana siquidem ueluti aliqua causa est febris quæ fit & tabida sine medio & hectica & ex tabida rursus ut plurimum hectica si ex hectica e contrario possibile fieri aliquando tabida & quottidiana & ex tabida rursus quottidiana: Fortassis deinceps inspiciemus. Tanta fuere igitur in præsentia quæ de causis diceremus in genere & in uniuersum. Deinceps de causis dicendum nobis est per quas gignuntur febres ignoratis namq; causis ex quibus febres fiant ut exa mussim norit quispiam quæ nam sit quæ ab oculis emersit febris neq; conferentia medicamina sciet efficientia sanitatem & corruptoria febris & causas ipsius neq; inuenire: neque ulla arte rimari disciplinaq; inuestigare poterit quæ curandi est disciplinæ intentio excellentissima ac honoratissima:

¶ Dicamus itaq; quod febres omnes & quottidianæ & in humoribus succensæ putridis insuper & hecticæ præcellentibus causis consumantur & fiunt & si aliæ sine medio aliæ cum medio magisq; ac minus fiunt ut ostendetur. quottidianæ enim sine medio magis ab præcellentibus fiunt ut plurimum quidem ut præcedẽte sola causa continente modum cum ex solari æstu: aut motu: aut furore aut alia huiusmodi aliqua causa. Primo qui in nobis est succensum spiritum per cor medium continue omni corporis membro contra naturam illam distribuet caliditatem. est namq; primo quidem solis ardor aut motus præcedentem occupans locum, deinde succensus spiritus coniugata quottidianæ causa. tertiaq; ipsa quottidiana febris causaru; perfectio. est etiam quando inter præcellentes causas & coniugatam præcedens interuenit causa: cum aer circunfluens frigidam cutem densam fecerit: cutis autem densitas spiritum succenderit nõ tracta introrsum refrigerante & rigorem gignente naturalem calorem aerosa essentia. difflant enim cunctæ horæ ac diducunt animalium corpora. uaporosis & fumidis superfluitatibus

fluitatibus foras effusis. At contra ſbeunte aeroſa eſſentia & inſitum calorem impellente denſata comprꝗhenſionem refrigerabit aliſq; quæcunq; cutem den ſare conſueuerunt ſpiritum qua diximus ratione ſuccendi neceſſe eſt. hincq; quottidianam gigni febrem, erit nãq; ita prima cauſa aut aquæ aut aeris frigiditas quæ præcellens cauſa nominatur. inde cutis denſitas præcedens cauſa tertia ſuccenſus ſpiritus coniugata quottidianæ affectionis cauſa, & quarta ipſa quottidiana febris cauſarum abſolutio, neq; reffert ſi aſtrictione & denſitate mala exiſtente etiam facillime diſſoluta. Quottidiana fiet ſola & aberit febris nulla alia ſubeunte in corpore affectione ſiue etiam non diſſoluta aut primo aut etiam poſt ſpiritus qui in nobis ſuccenſi fuerint humores: aut etiam membra uel tabidas uel etiam hecticas cõficient febres. Nihil enim hoc ad rationem quæ quottidianam ex compræhendente facit, eſt quando per mediam cutis aſtrictionem aut denſitatem fieri dicitur ſed in humoribus ſuccenſæ putridis fiunt & ipſæ a præcellẽtibus cauſis ſemp nõ utiq; ut præcedẽtium cauſarum aliquando præcellentibus ut in quibuſdam quottidianis aut per aliquam aliquas ue medias cauſas præcedentes & coniugatas. fiunt enim ſub continuatis & coniugatis cauſis ſemper humorum & i ipſis putredinibus: nunquam uero ut ab præcedentibus præcellentium. & eatenus differunt quottidianæ ab eis quæ in humoribus febres quantum in cauſis hæ quidem ex præcellentibus cauſis ut præcedentibus fiunt quottidianæ. hæ autem ab eiſdem ſemper nunquam ut præcedentibus ſed per medium alicuius aut aliquarum præcedentium in humoribus febres. Aſtripulor equidem Ippocrati. & aliis peculiarem aſſerentibus cognitionem febrium in humoribus nec ſeparabilem nullam præcellentium cauſarum putantes talium febrium quod neutrarum aliorum generum id ſit quod omnes quottidianæ in præcellentibus cauſis conſiſtant hecticas uero cenſent cum ſine his factæ fuerint neq; a principio iniiciantur ut nullius ſint alterius non febris modo, ſed nequidem ulla quæuis ægritudo incipiet abſq; aliqua præcellente: ſed hæc quidem fortaſſis examinatius deinceps inſpiciemus. nunc autem quoniam non de una ſpecie ſed de multis ac differentibus loquimur febribus æquum fuerit oſtẽdere primo de ipſarum differentia deinde eo modo de aliis per ordinem aliquem procedente argumento:

¶ Febrium igitur differentia una quidem eſſentialis. Altera uero qualitatis eſſẽtialis & eſſentialis quidem quæ ex ipſa fit febrium eſſentia. qualitatis uero eſſentialis quæ ex ipſarum accidentibus eſſentiæ perpetuo ac longe aſſumpta. eſſentia namq; febrium contra naturam caliditas ſicut dictum eſt. harum ſiquidem eſſentia magis ſuſcipit & minus. eſt autem etiam in ſubiecto accidens quiddam exiſtens quæ per ſe eſſe non poteſt uel etiam ut in efficiente eius cauſa inſuper & modum habet motus natura in quo eſt & qualitate ſiue ſubiectum ſiue cauſa ſit. Item concidentia quædam efficiunt iure, hæquidem differentiæ eſſentiales ſunt ac dicuntur. hæ iuxta magis & minus contra naturam caliditatis aſſumentes per quas paruas & magnas febres appellamus, non quidem proprie in quali re: qualitatis nomen inferentes cum ſoleant tamen hoc facere non in febribus ſolum ſed etiam in aliis particulis inqualitatem quidem habentibus ut ſint. nominatis uero magnis & paruis quæ uero qualitate eſſentiales reliquæ omnes differentiæ

quæ præter materiam & subiectum in quo contra naturam caliditas & quæ contra motus modum. Iteꝝ uero & quæ præter concidentia caliditatis quæ contra naturam est. Hæc siquidem materia sunt cum est ipsius motus modus & concidentia euenerunt caliditati quæ contra naturam & non per essentiam existit hoc modo. ob hoc & ex his sumptas febrium differentias essentialis qualitatis esse dicimus ac non per essentiam. per essentiam existente prima differentia uel per magis & minus caliditatis quæ contra naturam est capitur ac dicitur per quam magnas & paruas febres dicimus quemadmodum iam dictum est. Cunctas autem has febrium differentias quidam ante nos examussim simulq; perspicue exposuit inquiens. Hæc Alexandri uerba secuntur de differentiis febrium Galeni doctissimi medici uolumina.

¶ Alexander aphrodiseus medicus carissimus de febribus fæliciter explicit.

¶ Magnifico Equiti Iurato Paulo Pisano acutissime docto Veneto Patricio Decemuiro. Georgius Valla Placentinus Salutem Plurimam Dicit.

DE syriaca lingua ingræcã Rhazæ de pestilentia opusculũ impatori cuidã cõuersũ: latinũ Paule Pisane tibi faciendũ esse existimauimus: tũ qd' ab insigni autore hæc traditio emanare certo pspicit: tum qd p quam necessaria hæc prorsus oĩbus habita cognitio ẽ eoq; magis qd' Galenus medicinæ autor pcipuus de pestilẽtia qd' ad artẽ medicinæ ptineret nihil accurat' scriptũ reliqt. Cursim uero eius rei meminit dumtaxat: ut eius ĩtentio nulla ad pestilẽtiæ curã habita uideatur. Cũ tñ cunctis mortalibus maxĩe necessaria facile dephendat'. Mirũ profecto uideri potest. Cũ tot doctissimi hoĩes impensissime studiosi fuerint rebus aliis: quã bone & ĩmortalis deus: sublimibus acumine incredibili: labore ĩmenso, operã enauare: Cur demũ hãc unã curã omiserint: taз necessariã: tam honestã: tam eximiã: ut credibile nõ sit noluisse eos: uoluisse qdẽ: uerũ præstare nõ potuisse aut de se polliceri ausos nõ fuisse. Ita ne nos qdeз audemus. Et pĩnde quæ Razes tradidit referemus, nõ nobis mõ sed aliis quoq; e uiris clarissimis habita lõge argutissima: nec ulli a nobis magis q̃ tibi dicanda: q oẽs hoc tẽpore, pene solus foues disciplinas ac ut Rhazes ab humanis corporibus pestilentiam abstergendam miro quodam docet artificio. Ita tu singulari prudentia in Veneta ciuitate de humanis mentibus pestem omnem nempe uitia: & ignorantiam studes abstergere: qui ut in sapientissima ciuitate tua ob animi tui præstantiam clarissimis decoratus es honoribus: legationibus ad Imperatorem ad summun pontificem maximis de rebus mirifica laude perfunctus. Ita uicissim tu quoq; Venetias his exornandas dotibus existimasti. Verum quantas & his & aliis sis laudes promeritus nouerunt omnes: & nos commodiore loco hæc pluribus nunc demum quod instat id agamus. Præstantissimus igitur autor Rhazes hunc morbum bifariam distribuens. Vniuersam præscriptionem suam in capita quindecim hoc pacto partitus est.

¶ Primo igitur capitulo causas quibus pestilentia conflatur & quomodo propemodum omnes in hunc incidunt morbum: præmonuit.

¶ Secundo de corporibus pestilentiæ obnoxiis scribit.

¶ Tertio de tempore in quo multa pestilentia.

¶ Quarto signa iniectionis pestilentiæ duarum specierum.

¶ Quinto de custodia morbi antequam signa appareant. pestilentiæ & quomodo oporteat coercere ne in totum insurgat: uel ne ad immoderantiam perducãtur posteaq̃ signa comparuerint.

¶ Sexto de cura pestilentiæ.

¶ Septimo quo pacto opem naturæ ferre oporteat ad extrudendam ab extremis corporis pestilentiam.

¶ Octauo de prouidentia oculi: & gutturis. deq; cura totius corporis cum signa sese ostenderint pestilentiæ.

¶ Nono ad cito conquoquendam pestilentiam.

¶ Decimo ad arefaciendum pestilentiæ concocta.

¶ Vndecimo quomodo purgare conueniat squamas: & incrustationes: quas uocant escharas pestilentiæ.

¶ Duodecimo quo pacto oporteat perungere cicatrices: ac delere ex oculo totoque corpore.
¶ Tertiodecimo de uictu alimentali pestilentia captorum.
¶ Quartodecimo de cura uentris eorum: qui oppressi pestilentia.
¶ Quintodecimo de clæmentibus: & perniciosis pestilentibus.

¶ De constitutione pestilentiæ: & quo modo prope omnes homines incurrant eiusmodi morbum. Georgio Valla Placentino Interprete.

c APIVNTVR fere omnes hac ipsa mortales pestilentia quod a natali die omnes ad extremam usq; senectam mutentur ad ariditatem tendendo. Vnde: & infantibus sanguis multo humidior q̃ adolescentulis exoritur: multomagis et in senibus exarescit. Præterea largam subeunt caliditaté quemadmodum Galenus in Aphorismorum interpretatione exposuit. In pueris inquit caliditas immoderatur quantitate ea quæ i adolescentulis: at in adolescentulis qualitate uæhemẽtior. qđ plane arguitur ex optima naturali actione augumentorum: & concoctionum: & instaurationum eorum quæ in pueris. Infantum: & puerorũ sanguis musto assimulatur quod necdum concoqui incepit concoctione: quæ ad consumationem tendit. quodque necdum ad ebulitionem moueatur. Adolescentulorum porro musto assimulatur iam ferueſcenti & exuflanti mutatoq; de primo statu respirantiq; plurimum uapore: & redundantia: ut unum est maturum defæcatumq;: & ad perfectum perueniens statum. Senum sanguis assimulatur uino: quod difflauit: & uæhementiam eiecit acciditq; ad frigiditatem ut acescat. Conflatur autem pestilentia cum sanguis perputrescit efferuescitq; ad efflandum uapidam & limosam redundantiam cum transmutatur ex infantili sanguine musto persimili in adolescentulorum sanguinem qui uino similis consumato. Assimulaturq; pestilentia per sese feruori spumanti quod musto solet euenire feruoris tempore. Id propterea hominum ferme omne genus huic morbo obnoxium est: & impensius mares. quod sanguis necessario transmutetur de primo statu in secundum ut musta. quoque necessario transmutantur in statum qui est post feruorem ebulitionem que uixque comperta est complexio infantis: aut etiam pueri mutata de primo in secundum statum in tempore: & statim ac deinceps: ut feruor appareat & mutatio in sanguine in tempore & statim. Quoniam talem complexionem postea ita mutatam frigidam: & aridam esse oportet. Verum complexio puerorum his contraria est. At astructa ut puerorum complexio calida: & humida: quod eorum alimentum ex lacte sit: nam qui non alũtur lacte pueri proximo tamẽ illi: & contermino uictu utuntur: & uescuntur alimento. ut cunctæ ætates aliæ. Enimuero qui in uictu horum fluctuationes plures

plures aliis existunt. Ob hoc per raro eorum quispiam hunc morbum effugit. Commutatio autem fere fit in hoc morbo iuxta complexionum differentias: & uictus: & habitus: & aerem circumfusum: & sanguinis statum: qui in uenis in quali: & quanto atque hac de causa in aliquibus præoccupat in aliquibus postea subsequitur: & in aliis augetur: & in aliis imminuitur: estque in aliis qualitate ad modum atrox in aliis minus atrox. Adolescentuli quia sanguis ipsorum in secundum statum iam mutatus ipsorumq; perficitur concoctio: & difflatur huius status humiditatis in qua putrefactio consistit. Raro ipsis in putredine morbus: qui igitur in putredine constituti habent in uenis superfluam humiditatem: aut improbam qualitatem: & admodum exustam capiuntur copiosa pestilentia in ætate puerili: in qua non omnino sanguis transmutatus est imperfectum statum. Et in putredine & habentes caliditatem debilem & pacatam. Adolescenti autem iam effecto uiuenti uictu perducente ad carnem multam: aut uictu implente ac sanguinem corumpente idem fit. At senibus non contingit nisi in statibus pestilentibus aere tabido diris humoribus in quibus plurimum talis morbus euagatur: quia excedens mediocritatem in extremam caliditatem: & humiditatem conceptumq; calorem ad morbum pariter extendit: quia comitatur spiritum qui in cordis est binis uentriculis ad suam complexionem per cor medium. Deinde comitatur perducendo sanguinem uniuersum: qui in arteriis ad suum statum. Cum ergo pestilentiæ causam paucis & per uniuersum tendentibus uerbis attigerimus. Progrediendum iam est ad accomodata pestilentiæ corpora.

¶ De Accomodatis pestilentiæ corporibus.

SVnt nimirum candida corpora & humida & corpulenta multa obesa carne & rubra pessima si fuerint insuper febribus capta continuis: Sanguinis eruptionibus. & sanguinolentis affectionibus. & pustulis: & lippitudinibus: oculorumq; ægritudinibus: & ex anthematis. nec non si uescantur frequenti pastu dulci magisq; dactilis: & melle. & ficubus eisq; rerum speciebus quæ dense ac dulces melle confectis uini potu multiplici: dulcis quoq; lactis usus in tali affectione pernitiosus. At corpora tenuia biliosa: & arida: & calida eulogiæ sunt accommodata. Eulogium uero ueteres nominarunt speciem unam improbiorem inter duas. sicut & a multis audio nominari. siquidem in græcorum differentibus linguis hæc appellatio non inuenitur. At philosophus quidam sua lingua chaspe nominauit: quæ dictio significat id per se. Puto autem quod ad hanc pestilentiam ratione opus sit ita dici. quod si etiam inter se inuicem affectionibus differunt. Cæterum etiam communicationem habent: & nihil indecens: nihil igitur est habens differentiam: quod etiam communicationem non habeat. At ne tempus in nominum appellatione teramus sapiente istas differentias suo tempore explicante ad nostrum redeamus instituum. Quod si forte pestilentiam: excuti etiam ex contariis unum euenit aut ea pauca esse: aut per exigua: & obscura: aut admodum atrocia & pernitiosa: aut squalida & arida: tabidaq; nec concocta. Alia tenuia corpora & complexione frigida minime idonea duabus his speciebus pestilentiæ & eulogiæ. si contingat sit eneruis: cum febribus quidem continuis a principio ad finem usq; præter moderata concocta: & pacata.

De tempore in quo ut plurimum pestilentia euagatur.

TEmpus autem in quo euagatur atq; affluit est huiusmodi exttremæ autumni partes: & ueris principium. Cunq; æstas pluuiosa est: inuicemq; austri perflarint & cum hiems fuerit calida: uapida: & australe stratum. Cum uero fuerit æstas uæhemens caliditate: & ariditate. Estq; autumnus calidus & aridus postrema succedente iugi pluuia admittit eulogia sibi idoneos tenues in quam & calidos & biliosos: ac sæpe quibusdam in regionibus habitatoribus indigenis circumflua constitutione dissolute transmutata ad pestilens quiddam illæsa perdurant corpora. At in constitutionibus frugalibus pestilentia contabuerunt. repente igitur prius obseruandum cum cœperit explicari: & ad homines propius accedere sicut progrediens exarabo.

De Signis iniectionis duarum specierum pestilentiæ.

SIgna pestilentiæ & eulogiæ euidenter accessionem demonstrantia sunt hæc Species istas duas morbi: febris præit continua. Dolor dorsi naris pruritus Sputa in somno. Hæc istorum præcipua sunt signa præsertim dorsi dolor cum febre cum his etiam languens toto corpore uerti uidetur. Præterea oscitatio frequens: & pandiculatio dolorq; in gutture & in thorace cum difficultate flatus: & tussi & corporis ariditate: & inflamatione & sputi crassitate. sunt etiam uoce rauca cum capitis dolore & capitis pulsibus atq; pondere. Præterea grauiter ferunt & uitant fugitantes: & nauseant & immodesti sunt nisi uomitus: & tolerandi impauentia: & uitandi perseruantia pestilentiæ insideat aut eulogiæ. Verumtamen dorsi dolor: & corporis totius exæstuatio: & ardor: & conflagratio: & coloris rutilatio: magisq; uæhementia ruboris iuguli: magis propria sunt Eulogiæ. Ideo cum hæc signa uideris expedit q̄ sunt opportunissima magis inspicere: ut est dorsi dolor. sputa quidē cōtinuæ febris cognoscere oportet esse principia pestilentiæ: quāuis hæc sint magis p̄cipua dolor dorsi inquā neq; in pestilentia afficiunt nauseare signa sunt contraria: quia Eulogia constat e sanguine bilioso. At summissa pestilentia maiorem habet quantitatē utilis sanguinis eius: qui est improbus: & corruptus detractio: & ob hoc ipsa residet dorsi dolor. quoniā extensæ sunt uena & artaria inter bina ossa coherentia scapulis. Memoranda intentio diligentiæ: & prouidentiæ simul: & uniuersalis rationis. Primoq; dicamus primam obseruantiam: quomodo oporteat anteq̄ appareant signa extrudere: & posteaq̄ signa apparuerint discernere ægritudinem. Secundo confestim exturbare. Tertio prouidere oculo & ciliis & cypselidibus: & quæ in naribus & gutture: & omnibus articulis ne contingat interlapsus improbus. Q uarto confestim morbum concoquere ac digerere. Q uinto confestim arefacere exanthemata. In sexto quo pacto oporteat eiicere incrustationes: & squāmas: & testas. In septimo quo pacto obliterandæ delendæq; cicatrices. In octauo de uictu & nutrimento eorum qui peste capti sint. In nono quomodo oporteat uentrem custodire ne plurimum effluat: & in pernitiem tendat. In decimo signa pacatorum: & perniciosorum. Dicere autem oportet in qualibet intentione rationem uniuersalem concisam: & Idoneam. oportet igitur adolescentibus exigere sanguinem: & pueris: & iunioribus. qui necdum pesti succumbuerunt: uel qui in leuem pestilentiam inciderunt facilem: & obscuram: magis in prius expressis statibus pestilentibus antequam exardescāt

exardeſcant: & morbi ſigna appareant. Detrahendus autem ſanguis eſt natis quattu-
ordecim annos: minoribus aũt admouẽdæ cucurbitulæ: refrigerandæq; ſũt domus in
quibus reclinantur: & cubant. nutrimento utendum eſt: quod conditum ex ompha-
cio ſit: & aceto maceratis: & congelatis concretiſq; & omnino acetoſis: & epulis cum
aceto: & lactucatis: Dato quoq; aquã de fontibus limpidis plurimumq; frigidis: quæ ſi
non ſit in niue refrigeratam. Ea quoq; frigida aſpergenda domus in qua mora ẽ. Pro
me quoq; ipſis ſuo tempore acida mala granata: eduliaq; acida: & acerbos fructus &
acida mala citrea; & uuam præmaturã nempe omphaca: & ſycomora: & id genus alia
quod ſi quis calidiorẽ natus ſit cõplexionem: & exardeſcat ſuccũ aſſumat admodum
decoctum ut prius immitatur eius quarta pars ſucci acidi mali granati. Si minus ex
ardeſcat utatur matutino diluculo farinis cum ſaccharo ubi accidum ſit alimentum: &
lente: & omphace: & ĩprimis acidis malis granatis quia hæc præcæteris ſanguinẽ ſpiſ-
ſum reddunt: ac refrigeranr: arcentq; atq; extrudunt peſtilentiam. omni namq; tem-
pore hic uictus confert ſtatibus peſtilentibus. Imminuit improbitatem phymatum &
ſtrangulantium affectionum. ac ut paucis colligam: cunctorum morboruʒ de flaua bi
le naſcentium: & ſanguinolentarum ægritudinum. In meridie abluantur in aqua fri-
gida: & in lauacris immerſentur concedanturq; natare: & ibidem ſe ſe uolutare cogã
tur. Vitandum lac dulce: & uinum: & dactili & mel & omnia dulcia: & calida condi-
menta. & daucia porcinæ carnes datoq; ipſis cum eorum fuerit calida complexio &
humida: & corruptiõi accõmodata calida & arida facile ardent: & cõflagrant. Temp⁹
peſtilens: & improbum ex dictis agatur ,medicaminibus. Illis qui habent complexio
nes calidas: & aridas exæſtuantes; utile eſt admouere holera frigida: & humida: uelut
Maluam Colocynthem: Blita Lapatha: & tetrancura. prohibendi ſunt ne prorſus
ueſcantur Peponibus dulcibus: quod ſi forte ſumpſerint capiant cum ipſo ſtatim
ſuccum acidorum fructuuʒ. nutrito ipſos piſcibus carne mollibus ex acido lacte: quod
acidius: & tanq̃ ex creta ſanies ab hoc ſapiente uiro Rhaze nominatum Raip. cor-
pulentorum: & alborum: & rubrorum complexioni adhibendum eſt refrigerans:
& arefaciens alimentum. quod nobis ſit exploratum: Communes uero ſint om-
nibus hæ tibi admonitiones. ut labore abſtineas: lauacro; uenere: motibus: uerſari
ſub ſole: & in puluere: & aquã ſtantẽ potare. Abſtinendũ a fructibus humidis: & le-
guminibus a rubigine uitiatis: aut in tabidam putridamq; affectionem actis: aut
etiam humiditate repletis. Eorum cienda aluus eſt: & ſi eo fuerit opus ſucco da-
maſcenorum: & ſero lactis & ſacchare. Arcendi uero ſunt a ficubus: & uuis: quia
ficus puſtulas gignunt & congerunt ſuperfluitates intus. Inde educunt manifeſtas
ad corporis extrema puſtulas. at uua flatu ſanguinem imbuit: & in tumorem eleuat
expeditum: Iſq; ad ebulicionem fit idoneus: ac ad ſpumatiouem. Quod ſi aer ſit
admodum peſtilens & tabidus ac improbus ablue faciem perpetuo iure ex roſis.
madefacienda ſudaria linteaq; hiſce odoris rebus: & humidis ipſis olfacientibus:
& admouenda naribus. Hæc namq; prouidentia diligentiaq; admodum utilis eſt
in peſtilentiis & aeris ſtatibus corruptis: & euagantibus morbis: deo adminicu-
lante. infantes nuper editi ſupra quintum menſem cucurbitulandi. lactendi cum
fuerint corpulenti candidi forma & rubri: uictus alimenti ſuggerendus in hiſce
apertis uictibus. Transmutantibus autem nutrimentum dato ex dictis modera-
ta præſenti ſtatui. Memoranda igitur ſanguinem denſum faciẽtia medicamina: & re
frigerãtia: & ꝓhibentia putredinẽ & ꝑturbatiõe Deo maximo optimo opẽ ferente.

¶ De præseruatione a morbo anteq̃ appareant signa pestilentiæ: & quomõ habere oporteat ne omnino constituatur uel ne omnino ad immoderantiã procedat postea quam signa apparuerint.

P Rodest in totũ omne acidum: ut acetum & aceto conditũ & lactis acidum inustum raip autẽ ab hoc ipso sapiente lingua eius uernacula dictũ cum bene fuerit insolatum & citrea acida. His aũt utiliora quæcũq; acerbescũt: & acida sunt: ut omphax & rhus syriacus: & poma & cydonia & acida mala granata: & cuncta quæ sua substantia pinguem reddunt sanguinẽ ut zizifa: & lentes: & corianu; & lactuca: & capita papauerũ. Intibũq; strychnu;: & spodiũ: & psylliũ. ¶ Aliud medicamen pacãs accessionẽ sanguinisq; tumultũ ac febris. utile uero est etiã iecori exusto excernitq; flauã bilem. Rosarũ collectarum hexagia io spodi hexagia 20 rhu syriaci & psyllii: lẽtis purgatæ. oxyacãtes portulacæ sæminis lactucæ sæmis codiæ albæ: & papaueris ana. hexagia. 5. sãtali albi hexagia. 2. & mediũ. hæc suo tẽpore adhibe matutino tempore q̃tum oboli. 2. cũ unciis. 5. succi acidi citrei aut succi mali granati: aut omphacis ac similiũ. Adiuuat etiam oxosacchar: hoc ẽ ex aceto sacchar ita paratum pars aceti acris & partes duæ rhodostagmatis misceant᷑. madefiant ĩ his unciæ. 5. rosarũ foliorũ aridorum purgatorum etiã unciæ. 2. ægipti rosarum: & uncia radicis fœniculi humectentur sintq; ad tris usq; dies & ita excocta cribrato inde hoc modo immittito sacchar duplũ ad acetum, aut etiã triplum coctumq; in succo psyllii trochiscos efficito & tẽpore proferas oportuno instante quantũ oboli tres cum uncia una explicati oxosaccharis adiuuat autem ad hanc ægritudinẽ uæhemẽter medicamen ita confectum Efficatius enim est: ut inspeximus sæpenumero: & experientia compertũ est: & per fructus præparatos nisi aliquid ab indis cõpositum excedat quod a nobis confectum sit. Ipsi nanq; indi aiunt si quispiam impinguarit apud nos ex fructibus confectis iam exanthemata nouem edens decẽ non redditũ iri. quod utiq; apud nos conficit᷑ hoc pacto. Aceti ueteris acris libræ tres mali granati succi: & acidi mali citrei & omphacis oxycanthes succi sycomori aspersionis rhu syriaci iuris ziziphi: aspersionis lentis: & aspersionis Tarchi ana libra una iniecta in his tribus libris saccharis & cocto quoad in substantiam peruenerit succi ex uiolis. inde sumito libram dimidiã spodi albi optimi dissoluito in mortario puro, deinde ita immitte ex confecto medicamine iã feruente: & contere pistillo quoad dissoluat᷑ & cõmisceantur ambo conterant᷑ ex ancuriis resectis: aut ex ligno hederaceo. nisi quod si ex ancuriis dissectis conteras melius est. Eo utere anteq̃ appareant signa pestilentiæ: & cum signa apparuerint ut nos admonebimus. utile id nimirũ est in omni sanguinolenta & flaua bile abundãte: & suffocatrice affectione: & pustulis & eiusmodi malis. hæc ipsa est anteq̃ febris adueniat præcustodia pestilentiæ. expellit nanq; hæc ex accõmodato ad extrudendũ: & insuperabiles efficit qui his utantur uel simul difficulter superabiles ne prorsus mutatio sit sanguinis ad secundum statum tempore breuissimo. cum tumultu: & feruore & euentu lapsus necessario in pericula: & metus. Sed confestim procedente tempore: & ultra quo fiat mutatio concoctionis non putredinis: & absq; accidentibus euenientibus: & febribus periculosis: & atrocibus: & perniciosis & sanguinolẽtis affectionibus: quod contingere necesse est.

¶ De cura Pestilentiæ.

C Vm autẽ euidenter contigerit febris ostentãs signa pestilentiæ nõ est utendum uictibus his inconsiderate sed disquirendũ: & diffiniendũ & mens diligenter adhibenda. quia quod ex hoc paratur ingens periculũ est. Sanguĩe

enĩ; pturbato

enim ꝑturbato: & in tumorē eleuato: & prorsus aucto naturaq; certāte ad extrudendū ex cernendūq; oīa sup̄flua foras: ad aliasq; corporis partes si nō ꝑficit neq; ꝑuenerit diligētia ad densandum & extinguendū quæ oportuit ante iniectionē. necesse ē in accessionē uenire semel & bis: & ter. Et tū nō solū non erit naturā adiuuans sed etiā oppugnans: & obsistens eius actionibus. Neq;.n. possibile est cū uæhemēter ferbuerit: & ꝑturbata fuerit ipsa; pacari nisi admodū tutis. Plurimū refrigerantibus & sanguinē densantibus: ut opio: Cicuta: succo lactucæ & strychni: & id genus aliis nisi sit huius curæ intentio piculosa: quia fortassis fiet omnino sanguinis concretio & insitæ ingenitæq; caliditatis extīctio. Verūtamen nisi sup̄flue refrigeres nō potueris morbi feruorē extinguere. Et oppugnādus alienus: & tabidus calor. Atquæ supra modū refrigerāt sæpenumero moderātiā excedunt extingūtq; insitū calorē. Subiicere itaq; tibi uolo qđ nōnullis medicis nō ꝑspectum est: aliis quidē ex inscitia: aliis uero ex ad artem parcitate ne periculosa fiat tibi ī erroreq; sepulta cura:

¶ Cura.

CVm igitur uideris signa pestilentiæ. tenorē corporis. frequētē oscitationē: dolorē dorsi: ruborē oculoꝝ. uæhementē capitis pulsu; & pulsum languētis multūq; extumescentē & suspirantē multū mores aīæ molestos & urinā turbidā & rufā tactūque corporis mollē & callidū cuiusmodi sunt lotoꝝ: estq; languēs corpulentus & uictus plenitudine affluēs uenā seca: & sanguinē detrahe ad deficientem usq; animam. fuerit optimū detrahere ex medio ancone aut ex ei hæretibus locis. qđ si nō appareat: ex uena intima ac si ēt ipsa nō appareat. ex craniaca. Satius tñ ē si nō inueniať media: detrahere ex interiore poplite: qa tales uenæ trahūt sanguinem ex ītestinis maioribus: q̄ sunt in aluo plus cranaica. Cū aūt nō sunt hæc signa ad modū manifesta nisi ualida: detrahe paucum sanguinē. at cū minima: minimū. atq; ita profer ei q̄ extinguāt febrē nēpe frigida ut in niue aquā & euomēti rursus cedo aquā & cū uideris extingui qđ placenť febricitātia: ac cesseritq; tactus corporis ad naturalē affectionē. habe talē diligentiā. Extrudes nimiru; hinc prorsus tumultū pestilētiæ & accessionē. ualide utiq; extinguētia & refrigerātia sūt aqua in niue refrigerata effusim & large data quo ad in aluo frigiditatē ꝑsenserit. Q đ si postea febricitet & aduētarit æstus. da secūdo quantū triū libraꝝ aut ēt plus: datoq; in hora dimidia. Q uod si caliditas īflectať: uenterq; aqua redundarit euomat priorem & rursus dato potū & si uideas subiisse aquā sudetq; languēs urināq; ciat: sit tibi signū euidens proximā eē sanitatē. Q đ si nō subeat aqua calorq; tāq̄ attolēs & rursus augens & exhibēs sicut erat aut ēt plus: mitte aquā frigidam descendeq; ad extinguētia & pacātia medicamina q̄ etiā prius idicaui. Sin cōmode hēat languēs & cōminuať & purgeť morbus adhibeto hoc pacto eductionē. Sin inter lapsurā uideas aduentātē improbā: & euitat admodūq; fert difficulter lāguēs: & hæc molesta cōtinet: noris esse necessariū turbari & excitari pestilentiā & eulogiā. Ideo expeditū ab huiusmodi uictu absistere & studere opē ferre naturæ ad excernendū & eiectandū superflua ut nunc ego subiiciam.

¶ Q uomodo opē ferre naturæ cōueniat ad expellendā pestilentiā ex corpis sup̄ficie.

FOueto ægrotantem indumentis & reclinato in domo non nimis frigida induendo prius tuniculam plenam: uinciendo circa collum tuto atq; ita absorbere aquam frigidam paulatim iube: magisq; cum febris multum concocta fuerit. nā frigida si paulatim absorbeatur sudorem elicit & contendit & adiuuat foras extrudere superflua ad corporis superficiem inde aquam feruentem immittendo aulis puris. Adhibe unam aulam ante & aliam pone ut reducatur uapor per totum corpus præter solam faciem: ut rarescat corpus atque ita difflet sup̄fluitas. Flare autē

expedit in languentẽ suauem aerẽ: & frigidũ. Ita sane ægritudinis curã habebimus. nec solũ facile extrudent̃ supflui. sed ẽt uires custodieris: nec ẽ inuenire aliud melius: & cõmodius hac diligẽtia. expedit insup refricari: & calefieri aqua calida ut diximus: qa balnea & cisternæ: & spumæ maris molesta tali sunt affectiõi. calefaciũt nãq; imoderate: uiresq; distrahunt: ut exanimet̃ ægrotus: syncope aũt aduẽtante exercet̃ i sese. ac p se natura cũctaq; alia flocifaciẽdo tutus efficit̃ languẽs. Præserti si ualide: & iugiter i syncopẽ exanimet̃: nec ullũ est signũ euidentissimũ in hac parte abolitiõis: uel alternati; deficiẽtis aiæ. Ostendit nãq; cohiberi & sautiari uires. Ita uero hoc facto fortassis has pturbabit supfluitas: & extiguet. nõ est igit̃ sinẽda hũiditas post factã i corporis supficie calefactionẽ: sed abstergẽda diligẽter: & arefacienda. Hæcq; sunt facile extrudentia supfluitates: cum debilis natura non fuerit: atq; imbecilis & redundantiæ crassarum partium: & quæ difficulter excernat̃. At cũ fuerit febris mitior quodãmõ: atq; pacatior: & languẽs afficitur. & difficulter fert: & difficulter excernit̃ pestilentia: ẽt cũ tarditate. post quintũ diem uti necesse est medicaminibus excludẽtibus: Hæc sane petulanter: ac proterue pferẽda nõ sunt. sed selectim: & cõsideranter: queãdmodũ diximus. cũ de extinguẽtibus loquebamur. Iam error i hac parte licet nõ æqualis illi priori: uerũtamẽ ipse quoq; ingens. ob hoc talibus nõ est iconsiderate utendũ: sed istandũ priori diligẽtiæ quãdiu tibi spes fuerit: quod secũda nõ egeat pſertim si febris fuerit ibecilla queẽadmodũ foris: ita & intus. hoc plane cognoueris expulsu: & spiratiõe si celeris nõ sit: & magna: & densa: & tãq̃ nõ in duplicẽ additionẽ: uel maiorẽ qualitas febris pueniet: Cõsiderato aũt si etiã nõ in pniciẽ uæhemẽtia caliditatis abigat lãguentẽ. Q d pfecto tibi erit manifestũ: si cõpares pſentẽ febrẽ cũ aliis febribus: qbus lãguẽs detentus affligebat̃: uel alia aliqua lãguentis cõplexionẽ & habitũ attenuãs. Hæc si ita pcureris liberabit̃ morbo languens. utere porro his: si ispicias turbatũ: & accessiõe uexatũ: & ad supficiẽ excretũ: an clæmẽter habeãt pedes: an dein bñ habeat pulsus & flat⁹: nã si uideas cũ tarditate excerni ad supficiẽ corporis uelisq; i tali affectiõe admouere admodũ extiguẽtia obsistere uideberis naturæ & eius ipedire actionẽ. sin cõtigerit postea quæ extinguãt affici lãguentem & difficulter ferre: anteq̃ hæc cõtingãt: noris qđ tibi erratũ sit. Sin ẽt pulsus cordis adhuc itidẽq; delictum erit. Ideo statim rarefacienda cutis: ut diximus: & pferendũ i aqua calida decoctũ marathrum: & apii sæmen: & quæcũq; mox idicabimus ad expellendã pestilentiã iuxta proportionẽ caliditatis ibecille: & calefactiõis: at sicut languentẽ inspexeris siue pcliuiter fert augumentũ huius: siue nõ ut pauloante tibi significaui: utq; animaduertis. ita in hac parte facito. ficus aridas liuentes 30. uuas aridas sine interiore grano uncias. 2. mitte in aquã librarũ triũ: leniter ebuliat: quoad liquefiãt: & pfer lãguẽti ad libræ dimidiũ tribus pportionibus foue prius idumentis calefaciendo ut diximus. Aliud adhuc potẽti⁹ sæmẽ apii & fœniculi: & ex iure demõstrato prius coquendo in testa quoad ius rubescat & cribro purgãdo profer quãtitatis unciarũ triũ. Alterũ ita cõpositũ rosarũ uerarũ obolos tres lentis expurgatæ obolos tres. ficus liuidas numero decẽ. uuas aridas albas absq; internis granulis obolos 12. tragacanthæ obolos. 2. lachan purgati: & abluti hexagia. 2. maratri: & apii sæminis ana obolos. 3. aquæ libras. 2. excoquito quoad peruenerit libra una: & cũ defæcaueris potandũ pbe quãtũ libræ dimidiũ cũ xylococcorũ. 2. & mediã croci bis aut etiã ter iurgẽte necessitate. Iã prouidentiã memorabimus in quibus prouidendũ.

ℭ De prouidentia oculi & gutturis.

Expedit cũ signa pestilẽtiæ apparuerit oculi prius curã habere: deĩde gutturis: & nasi. ut nunc ego dicam forte cõpellemur: & ir & pelmatis: qa hæc dolere

contingit

contingit non mediocriter curam habere quod difficulter excernatur peſtilentia & pro
pter pellis duriciem in eis locis intinge oculum ſimulatq; ſigna peſtilentiæ apparuerint
ex roſarum iure ſæpe. & poſtea faciem ablue aqua frigida ſæpe quottidie & aſperge ex
ipſo oculum ac ſi eſt peſtilentia mediocris & obſcura ſufficiat tibi hæc diligentia: tutelæ
cauſa. Nam obſcura & mediocris peſtilentia exiguamq; habens materiã rarius exoritur
in oculo. tum ſane admouenda ſunt admodum ſtabiliẽtia oculum cum in principio ui
deris ingentem acceſſionem & pruritum ingentem ciliorum & ruborem oculorum &
quibuſdam in locis ruborem quia neceſſe eſt proferre ex phymate in rubentibus locis
quæ ualide ſtabiliant roſarum inſtillationem cum rhohe ſyriaco irrorato aſperſoq; qđ
ſi adhuc magis uelis roborare conterito cecidia cum rhodoſtagmate & tlẽmata quæ tu
niculæ ĩteriores ſunt acidi mali granati: maſi: pinſito aſpergito. cilia illinito ex colluriis
compoſitis ex glautio & acacia & alohe æquis partibus & quanta illorum ſit una appo-
ne & uelut partem decimam horum unius croci inſtilla & ex hoc in oculum. quod ſi ui-
deas redundantem hanc eſſe materiam & uæhementem & multum flauentis peſtilen
tiam: & moueris eſſe neceſſarium educi in oculũ: id omnino cognoueris ex quibus per
ſpexeris ut ruborem albuginis oculi & inſolentiam & excellentiam & inſpicias intincta
in ipſa ne quid protrudatur ſed ſolum pacatum reddat & redeat rurſus quemadmoduʒ
erat prius uelẽt uæhemẽtius permitte ea & ĩſtillagarum ex pane confecta. at peſtilen-
tia quæ adducta in adhærenti uiſum triſticia non irritat. at quæ exorta eſt in ceratoide
e regione oculi contra aſpectum conſtituitur quo etiam uiſum abſcondit iuxta proportio
nem craſſitudinis & tenuitatis. poſt id uero proferre oportet ualide purgantia & abſter-
gentia ueluti ſignificabimus & forte perficient aut non nam ſi craſſa fuerint incorpore
& dura & in ſeneſcenti ætate aut etiam ut plurimum effloruerit rhagoide inſtillato ipſi
ex oſtenſo collurio poſtea quam ex ipſo crocum abſtuleris & partem apponas ex hæma
tito ac ſæpius in die inſtillato & clæmenter reuincias oculum & hæc quidem quæ te ſci-
re oportet ad oculi prouidentiam. deinde ita expedit curam habere gutturis & oris ne pu
lulent in ipſis phymata & puſtulæ & ſpiritum prohibeant. quia ſæpe contingit in peſti-
lentia ut languens in affectionem ſuffocantẽ perueniat. ideo oportet ante hoc adhibere
diligentiam. nam cum affectio ſuffocationis aduenerit neq; ſalutis ſpẽ habebimus neq;
curam. oportet namq; ſimul ac ſigna apparuerint peſtilentiæ languentem gargariʒare
ſucco acidi mali granati aut aſpergine rhoïs ſyriaci aut ſucco ſycomorii: aut aliquibus eiuſ
modi: ex quibus oſtendimus fieri cum protulimus extinguentia. quod ſi quidpiam le-
dens non adſit aqua pura frigida. frequenter uero in die id fiat ut ex duobus ſit unum:
aut proſus non pullulabit quidpiam in gutture aut per pauca fuerint pullulantia. nam
roborata talia loca fient minime idonea ad excipiendas ſuperfluitates & ex quibus iu-
re fit ſuffocatio. hæc plane ſunt euidentiora. quando cum aliis ſignis uoces fuerint rauci
dæ & ſpirandi habuerint difficultatem grauior rauceſcant: morſumq; ĩgutture habeant.
Cum igitur hæc uideris impenſe ita facta poſt turbationem & acceſſionem totius peſti-
lentiæ ſeca cranaicam uenam: quod ſi leſionem ſolam adducit & nõ perniciem neq; ſuſ-
pexeris ægrum ſtrangulari neq; uæhementer conflagrare. profer ſuccum pſyllii & amyg-
dalelæum & ſacchar ita confecta. ſit pars una purgatarum amygdalarum & partes duæ
ſæminis colocynthes: & ſaccharis partes tres coquendo profer. quod ſi uenter excernat:
profer gummi arrhabicum & ſæmen terranguri: & cataſtatum & ſuccum cydonii ſiue ita
curam habe articulorum: ne forte ĩ ipſis pullulet peſtilentia in moderata & atrox: & hæc

absumat & patefaciat ossa: & tenentes: & coniunctiones: & perinde aliquid admoueatur ad istorum ut diximus curam illinito hæc santalo. glaucio : boloharmeniaco & rosa & aceto & rhodostagmate, illinito non admodum longe ab eis particulis, quod si plurimum pullulabunt cohibendo effunde hæc in ipso & ne excedat aut proferatur tempus sciendo periculum esse excessus in hac parte non contemnendum. post id prouideto naso et auri ne putredo multa in ipsis exurgat et languentem offendat : magisq; si in aure pullularit. expedit igitur leuigare marmor cum aceto et collurio confecto ex glaucio et crocolyto et in aurem immittere bis aut ter in die quod si in pelmatis quæ sunt dorsa plãtarũ pedum fiet pullulatio plurimum attere hæc ex oleo tepido in rigentibus et calefacito ĩ aqua calida si dolor nõ cesset neq; ꝓcliuiter expellat pestilẽtia cõtundẽdo sesamũ purgatũ: et madefaciẽdo in lacte hæc loca illinito et ĩ linteo ligato noctẽ ꝑpetem: inde hæc aufer: et calefaciẽdo ĩ aq̃ calida illinito iterũ ac si uelis dactilos cõtũdas & ĩ butyro irrigãs illinito: aut ĩ limo sæminis sesami q̃a hæc: et talia cutẽ mollificãt: et ꝓcliue reddunt excremẽtũ pestilẽtiæ dolorẽq; sedant.

¶ De celeri concoctione pestilentiæ.

MEmoremus itaq; quæ celeriuscule pestilentiam concoquãt cum uideris pestilentiam cum pullularit sero excoqui : & languentis affectionem bene habere: & flatum & pulsum moderatum: & commode habere languẽtem. tum expedire scito adminiculari: & quam celerime cõquoq̃re sin uideas hæc scabra quales sunt uerrucæ. & languentis affectio non bene habet: ac in additamentum augumentumq; malum tendat ne moliaris opem ferre concoctioni quia fieri non potest. pernicioso existente pullulatus. sin clæmens sit calefacito ĩ aqua calida ibidem excoctis chamæmelis: melilotis: alchæa: uiolis & frumentaceis furfuribus: & in aula admoue ut prius diximus: Abstinendum autem est a principio: & hocce tempore, a cũctis arefacientibus: & fumo quo ad concoctio fiet idonea deinde detrectandum ab omnibus quæcunq; sunt magna & immoderata arefacitq; in ipso fluxibile in putrido bambacio puro fumumq; admouere exhalãtem ex: foliculo amygdalarum aridarum aut myrti aridæ uel rosæ foliorum arridorum aut santli aut irini foliorum : nisi quod rosæ folia in tempore æstiuo sunt meliora, quemadmodum ihieme glechonis. quod si superfluat fluxus immite dissolutam rosam: aut farinam oryzæ: aut farinam milli in linteum tenue: & rarum inclinando languẽtem in ipso. Si forte delitiosum fuerit languentis corpus cubile facito ex lilio: & spargendo in ipsum lenimenta ex bolo: & myrto confecta inclinato. Quod si corporis pars fuerit lacera spargito uerum lenimentum ex alohe ; & thure & crocolyto & draconis sanguine comparatum: & si per se disrumpãtur ea arefacito. si minus solito sale hoc pacto olei uncia una, farcimen gangrænum hexagia 2. terendo diliginter ut testa dein ita miscendo æque obstrue absterge totũ corpus in his præter lacera loca: exhulceratis namq; hæc medicamina non sunt admouenda ne ualide dilacerent. Illiniendo autem ad horã unã & ex aqua excoctũ chrysobalano & myrti cortice: & mali granati foliculo ablue: ac si consumabunt ista: esto si mininus capiendo bolũ albũ qui: nequaquã habeat suborẽ : & ueluti decimã partẽ farciminis gangrini dissoluendo diligenter cũ obstructiõe illinito ac ad binasusq; horas sinito ide abluito.

¶ Ad arefacienda concocta pestilentiæ

CVm perfecte exaruerit: & reliquie in corpore permanserint. considerato quæcunq; sunt horum tenuia: & impense arida: & humiditatis expertia. & instilla in ipsis sesami oleum tepidum semel & bis & deinceps quoad remollescat: & per sese excoquatur hæc nimirum in facie non expedit in ipsis sed in pistacino oleo:

Sin

Sin humectationem habeant clæmenter abrade absq; aliquo oleo. Si uero non admodum sit humidum subter eiectam escharam absterge in marcido bambacio: ut dictum est: Quod si humidum sit. Sparge lenimentum uerum capiendo myrrham uel alohen uel thus uel horum aliqua & dissoluendo & dilatando infunde ei & magis si comminuta sint. & uelut abstersa & sine quoad pullularit altera crusta, quoad plana æqualiaq; sint corpori & non abstersa adhibe obstructionem: et farcimen. Sin arida sunt ne adhibe quicq̃ quoad per se exciderint.

¶ Quo pacto oporteat purgare crustas: et Escharas pestilentiæ.

IN duobus locis exoriuntur cicatrices: aut in corpore. aut in oculo. Oculus igitur caligat et albicat. Corpus autem custodit cicatricem cum fuerit molle corpus et tenuis cutis. Vnde sunt difficulter curabilia, tamen memoranda cicatricosa: et putrescentia. Sunt igitur nitrum gangrænum farcimen tzapericum adorce cancer combustus. struthium. nycteris. hæmatites. larin sacchar exustum: limus aceti exustus: mirrha muscus: Hæc optima sunt si proferãtur post balnea: utere horum mollibus ad moliora corpora & præsertim in mollibis & humidis corporibus.

¶ Quomodo delendæ Cicatrices ex oculo: & toto corpore.

AD eiiciendum alborem ex oculo sacchar: & stacocoletum. Alterum efficatius iarin oboli. 7. mirrha. scordalazarum. Ammoniacum Stacocoletũ. ana hexagii. 2. adarcen: & nitrum panem. ana obolos. 2. amorum obolos. 7: mameram obolos. 7. excoquantur in aqua libra una uel etiam plus quoad liquescant: & crassescat aqua: deinde dissoluito in ebeno quoad capiant concretionem: & suo tempore in melio adhibe oculo. Post id effunde mollia lenimenta ac si uideas rubescere oculum sinito hanc curam & reiice in aliud tempus quia admodum ualida est & rursus admoue at cicatricantia totũ corpus sunt hæc lithargyrus exalbatus radix arida calami. ossa dissecta santali segmenta costorrhizum stacocoletum amygdala amara. Carpobalsamum. thaphani sæmen peponis sæmen farina fabacia & oryzæ & lupinorum & fasellorum hæc omnia coquendo ex aqua inspersa oryza aut ex succo & illinendo contere.

Aliud.

FArina fabæ & ciceraceæ ana. oboli. 2. sæmen peponis oboli. 3. lithargyrum exustum hexagii dimidium radicis calamorum aridorum hexagia. 2. hæc omnia ex succo dissoluendo illine alternatim uel per balnea uel posteaq̃ euaporatus & calefactus fuerit æger in aulis plenis aqua calida quod si etiam lotus fuerit excoquantur aqua calida cortex peponis & uiolæ aridæ: & pityrum & cicer & contere diligenter alterum adhuc potẽtius fariæ fabaciæ oboli. 3. piperis obolus cardami sæminis oboli. 2. lithargyri exalbati oboli. 2. imitte etiam radiculæ succum illinito & hac: quidem sunt cicatricosa: quod etiam si delere uelis cauitatem & æquale corpus efficere adhibe saginantia & iugiter ablue & diligenter frica.

¶ De uictu & alimento eorum qui capti sint pestilentia

EXpedit igit' his exhibere ius diligẽter excoctũ si febris pacata quodãmõ & mitigata & uẽter nõ excernit cũ grã. Si uero uæhemẽs fuerit calor & uẽter fluat imitte ut dimidiũ ius mali granati cũ grão ipsi⁹ cõtrito. Verũtñ uita iternas tunicas malorꝫ punicorꝫ & cartillagies utpote subigẽtes qđ si uigilax ẽ languẽs imitte. et ius ptissanæ & fere horꝫ dimidiũ codii. Qđ si multũ excernit uẽter æq̃lia iuris sint & ptissanæ itidẽ æque & granum acidi mali granati & codii hæc coquendo aut subito profer

purum aut cum spodio. sin cogantur quod uēter sit admodum dissolutus utere demonstratis medicaminibus, Enimuero etiam ius commixtum succo acidi mali punici iuuat pestilentem præsertim captum eulogia. at colocynthes succus & peponis indici & tetrāguri & succus psyllii & q̄ talia gignunt pituitas prontas & illita. plus tamen eulogiā adiuuant q̄ pestilentiā nisi quis improbitate pestilētiæ confidat & ualida caliditas cū uigilātia; clæmenter uero delatæ pestilentiæ non expedit petulāter hæc proferre. quia hæc perimunt morbi tempus ipsūq; non excoqui sinunt. Ideo iuxta proportionem morbi & ad inspectas affectiones redire oportet. nam pestilentiæ ex humiditate factæ & in censæ a caliditate putrefacta oportet exhibere cum refrigerantibus arefacientia: & densantia ut succum mali granati acidi: & omphacis. & id genus alia. At Eulogiæ constitutæ ex bile admodum imperitante in sanguine exhibere confert cun refrigerantibus humectantia ut cohibeatur corruptus sanguis in eulogiam labentis. Assimulatur uero stanti aquæ & excretam tabem habenti: & difflanti tenuitatem sole coquente: & exugente. Hæc in magnam uitiositatem acto in aqua concreta pluuia; uel etiam confluenti; & potu transmutato: & uendicato. iuuat autem pestilentia affectum & farina subacta cum sacchare. tam ad cohibitionem: quā motum uentris; & ad auctionem caliditatis: & imminutionem. succus tamen melior est pestilentibus: quia procliuiter ingreditur; & confert gutturi: & thoraci: Et iuxta proportionem facit: Postea quam noueris ꝙ succus conferat capto eulogia; aut pestilentia; nisi sit quæpiam admodum atrox pestilentia. Si ita habeat adhibe purgatam lentem cum succo mali punici acidi. Iuuat autem hos etiā farina lentis cum aqua frigida. noris etiam id aquam frigidam conferre eulogia captis: & minus periculosum est his; q̄ pestilentia affectis: & casus improbus: his nō aduenit ex aquæ usu. Verumtamen cum uideris pestilentem ardentem admodum: & dense flantem: & pulsitātem; utere diligenter extinguentibus. Sin parum utere paruis sin multum multo utere. Volucrem ne dederis comedendam; quoad ipsis redierit pulsus: & flatus ad naturalem affectionem: & exarescant; & excidant squammæ.

¶ De Diligentia uentris astricti in pestilentia.

VEnter ut plurimum excernit in hoc senescente morbo: magisq; in Eulogia. Verendum igitur hæc proferre; quæ subducant ad morbum usq;. Et si quam maxime arida fuerint. Si opus sit in principio: & senescente morbo profer. Alterum quidem ob excedentem caliditatem: & capitis pulsum. Alterum autem: ut natura leuetur onere: & morbi materia minuatur cum uenter plurimum coartatur: & astringitur. Idq; coniectaueris omnino si corpus spectas ante sanguinis detractionem: aut post detractum sanguinem sūmissum: & inualidum: sed turgentem: & erumpentem & exceptum cum albore & rubore leui. & febris imbecillitate. sitq; pulsus undosus. Si hæc omnia conuenient opus non erit sanguinis detractiōe. Sed humiditatis solius eductione. Hæc cum apparuerint signa sunt: & corpulentia scateat: & pallidus: & rubore carens & febris imbecilla; tunc confert chrysobalanum solum excoctum cum sacchare: & succo mali granati acidi contusi cū ipsius cuniculis: quia hæc duo medicamina auferūt multam humiditatem corporis citra aliquam caloris excitationem impesiusq; mali granati succus. Eis autem qui lapsi in Eulogiam fuerint profer succum damascenum humidum cum iolepo. Tricyminum autem ne super imponas Epithema qa in huiusmodi ægritudinibꝰ hæc offendūt q̄cūq; ex melle cōplexiōe calidiores: & hūectiores.

Nam

Nam obledunt & uellicant languentem: nauseamque intendunt. Quemadmodum confert sanguinis detractio talibus: quia pacari aliter spes non est: unum quidem quod leuetur fiatq; leuior natura ex affluentia Et ne habeamus suspicionem ne æger suffocetur. alterum quod auferatur plenitudo & tenor uenarum: & arteriarum factus necessario post atroces casus. ita nimirum excernere oportet inprincipio eulogiæ humorem aliquem biliosum plurimum redundantem dein ita admouere extinguentia commode. hæc utiq; cognoueris cum uideris ualidam inflammationem & oris amaritudinem & uomitum. at cum hæc non sunt. cognoueris nõ esse quantitatẽ multam: at cum differens erit & ex siti fuerit æger neq; excernetur per uomitum: est minus atrox iuxta proportionem: & ad calefationem uentris in principio harum duarum ægritudinum. cum uero uẽter excreuerit pro succo profer farinam cum his coquendo etiam farinam mali granati acidi appone cum his & pauculum gummi arrhabici & spodium terẽdo prius diligenter ut testam. rosam selectam ueram. spodium: citrei acorem psylli sæmen: rhun syriacum: oxyacantham pauculum gummi arrhabicum: bolum corticem papaueris codiu; dictum ex omnibus æque & domesticam rosam hepyorodum ut sit pars eorum dimidia & bina hexagia profer sucum cydonii simplicis & acidi quod si adhuc subducitur uenter & hæc non astringunt profer rhaipi hoc est fæculentum acidi lactis: cum tosto pane & pauculo gummi arrhabico quia ut plurimum pluribus uentris aduenit profluuium: & perinde inspectis affectionibus curas profer:

ℭ De Clæmentibus & atrocibus pestilentiis.

Tempus igitur iam commonet: ut de clæmentibus: & atrocibus dicamus pestilentiis: hæ binæ ægritudies: q̃ sunt acutorũ morborũ: hac de causa cõmunia signa præoccupant pernitiosas inquam ægritudines: & clæmentes: ut animæ mos: & confirmatam habere animi sententiam & commode spirare: nec non gaudibũde: & exultanter concupiscere mansa cibaria: & facile: & procliuiter moueri & pulsum bene habere: & ægrum morbum contemnere & bene procumbere: & sensim in somno circumuolutari: & id genus alia: ex bonis signis: & contrariis. quorum pauca quædam in hac tota compositione significauimus. At peculiaria binarum ægritudinum hæc sunt alba pestilentiæ: & calida: & ingentia. & distributa. Et pauca iuxta mensuram & facile excreta: citra largam febrem: utq; absit mœror. & ægreferendi labor. Et cum cessauerit æger excernere ex cunctis morbis: & cum post omnifariam pullulationem cessauerit: & prorsus etiam conquiescit æger nullo reliquo immanẽte aut perturbante miciorem ac minorem delapsum habet: & per alba & magna licet sint multiplicia & collecta: non solum si facile excernuntur & si post excretionem procliuiter habuerit æger neq; mœret neq; caliditate redundarit: ẽt hæ sunt clæmẽtes ægritudines. Si uero albæ sint & facile excernunt: etiam post excretionem nõ facile æger habet mediocriter quodam modo habẽt. & in utrunq; momentum i lance sunt ancipiti. nam improba candida cum fuerint continua: & alia in aliis. & cum explanantur ut horum multa sint unum: Et cum circulus horum regionem multam cohibuerit. ex circum meante corpore & species uelut pinguedinis: & adipis: & admodum parua alba uelut uerucæ humore uacua sunt improba: & eatenus: quatenus difficulter quoque excoquuntur. Impensiusq; si difficulter ferat æger post excretionẽ. qd si etiã pduret morositas & affectio languẽtis tñ: ut ad extremã pueniat excretionẽ ẽ pniciosu;. q̃ aũt uiridia & uiolacea. & nigra cũcta pniciosa

quod ſi cũ his cõtigat nauſeare ægrũ & corde laborare.adhuc deteri⁹ ac ad iteritũ ꝑcliuius ꝙ ſi febris augeať poſt excretionem peſtilentia eſt atrox: ſi uero purgatur ẽ clæmẽs mor bus. At peſtilentia ex ſecundo reſuſcitata copiã arguit mate riæ: ac ſi eſt generis clæmẽtis ſpes eſt ſalutis. ſin atrocis metus eſt atq; ſuſpicio interitus. clæmentior utiq; eſt eulogia quæ nõ habet ruborẽ ualidũ. at pallida perniciosã: ut uiridia & uiolacea pernicioſa. Et cũ duæ ſpecies hæ uelut abſterſæ: & nõ apparẽtes ac obſcuræ & rurſus immittẽtes ꝑniciẽ. cũ uero contigerit in his ẽt nauſeare: & mœrere cõſequatur illico ſyncope neceſſe eſt atrox & celeris niſi qdq̃ ſit ex reliquiis cũ aũt pullularit peſtilẽtia a qua ardor ſuccẽdať ex primo inquã die noris tũ facillime moueri & exuſcitari. ſin ad tertiũ uſq; peruenerit imbecilla fuerit. ſi in diebus criſmis pullulabit iter clæmẽtes eſt deputãda; magiſq; ſi erit diu æger affluens in ea: rurſuſq; cũ inceperit peſtilẽtia cõtineri: & late ꝓfũdi atq; explicari largius & æger uæhemẽter mœrere & turget uẽter. mors ꝓxima ẽ. cũ uero hæ duæ ægritudies aliqñ qdẽ euaneſcũt: aliqñ ãt cõparẽt & mœret uſq; q̃q; æger ſũt ꝑnicioſa & ſi utcũq; ẽt cõtigerit ĩ colore niſi rariuſcule ĩ albis ĩſpiciãť deliriu & mœſticia. Cũ uero paſſim peſtilẽtiæ cõtigerit uæhemẽs dolor in brachio aut manu: aut in parte alia: & ſub uiridis uel ater apparuerit ægrotãtis loci color & ſuccũbãt uires: & augeatur dolor eſt pernitioſa. ſin uires robuſtæ cõſeruẽtur: niſi cũ ad tabẽ peruenit pars lãguida. ſin æger aliq̃tulũ ſit ualẽtulus & cõtineas ipſum a principio iuuabis plurimũ: & a putredine liberabis: quia non expedit in talibus affectionibus mẽbro admouere refrigerantia ſed e duobus alterũ facere: aut utendũ ſciſſionibus ac lacerationibus ut diximus aut in aqua calida exhauriendus cũ ĩſpexeris ægrotãtẽ paſſim procliuiter habere. memorauimus deniq; cauſas & morbi accidẽtia & curæ eius cuſtodiã in primis habẽdã: reliquũ nũc ẽ ut dicẽdi finẽ faciamus.

¶ Rhazes de Peſtilentia cum omnibus operibus quæ in hoc uolumine continentur fæliciter explicit.

¶ Impreſſum Venetiis per Simonẽ Papienſem dictum Beuilaquam. 1498. Die ultimo Septembris

Cum gratia & Priuilegio.



Regiſtrum operis

Omnes ſunt terni præter a quod eſt quaternus m. q. ſ. A. ſunt duerni.

Hain 11748
Proct. 5408
BMC, V, 523

Mancano a questo esempl. le cc. 95–104
(Arist. Ars poetica)